# ·M· ACCI PLAVTI

## FRAGMENTA INEDITA

ITEM

# AD ·P· TERENTIVM

## COMMENTATIONES ET PICTVRAE INEDITAE

INVENTORE

*ANGELO MAIO*

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE A LL. OR.

MEDIOLANI
REGIIS TYPIS
MDCCCXV

# ·M· ACCI PLAVTI

## FRAGMENTA INEDITA

ITEM

# AD ·P· TERENTIVM

## COMMENTATIONES ET PICTVRAE INEDITAE

INVENTORE

*ANGELO MAIO*

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE A LL. OR.

MEDIOLANI

REGIIS TYPIS

MDCCCXV

# GIBERTO
## COMITI BORROMAEO

IN DITIONE MEDIOLANENSI

REGNI LONGOBARDICI - VENETI

INTER REGIOS CAESAREOS RECTORES

NOBILIVM TITVLIS RECOGNOSCENDIS PRAEFECTO

EX HISPANIAE MAGNATIBVS CLASSIS PRIMAE

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

CONSERVATORI PERPETVO ET PATRONO

Cogitantem me, Giberte amplissime, latinorum Comicorum reliquias aliquot et ornamenta, quae hactenus latuerunt, te patrono et auspice, typis mandare, veteris facti recordatio in suscepto proposito confirmavit. Nam ille bonarum

artium liberaliumque studiorum parens Petrus Victorius quum Terentium anno MDLXV. Florentiæ ederet, Carolo ipsi Borromæo venustissimum Comicum inscriptum voluit. Cuius rei plures causas luculentâ epistolâ persecutus est. Primum, quod illud Opus Gabriel olim Faernus expolivisset, qui Caroli familiaritate et gratia magnopere usus erat. Iterum, quod ipse Faerni Codex e copiosa purpurati eiusdem Principis bibliotheca procederet. Tertio, quod Carolus magnusque eius Avunculus (qui sub Pii IV. nomine universæ Christianorum reipublicæ præfuit) Faerni in Terentium labores luce publica donandos sæpe censuissent. Denique, quod

Terentius hominum moribus informandis emendandisque vehementer prosit, quam rem Victorius sanctissimo Antistiti pergratam fore sciebat. Porro iisdem pæne ac Victorius verbis alloquitur Divum Carolum in altera præfatione ad Florentinam editionem Silvius etiam Antonianus, cum præclara poetarum præsertim comicorum et nominatim Terentii commendatione. Nunc eiusdem Terentii itemque Plauti præstantes Codices ex Ambrosiana Borromæorum bibliotheca ab homine tibi addictissimo protrahendi sunt. Quodnam igitur, nisi tuum, Vir excelse, nomen novo Libello præponendum curarem? Præsertim quum mihi sit exploratum, nihil te ardentius optare,

quam ut tuæ bibliothecæ thesauri in publicum commodum reserentur. Iamvero principum Comicorum seu carmina seu ornamenta rectis etiam artibus urbanæque vitæ excolendæ in primis conferre, nisi qui omnino humanitatem exuerit, nemo negabit. Divum igitur gentilem tuum celebratissimum Carolum, GIBERTE, imitaberis, si hæc antiquæ artis monumenta probaveris, eademque tenebris erepta esse gratulaberis. Ego certe hoc nupero Invento adeo delector, ut cum Plauto * plane dicere audeam:

. . . . . . *Onustum pectus porto lætitia lubentiaque.*

*Amœnitates omnium venerum atque venustatum adfero.*

---

* Stichus Act. 2. Sc. 1. v. 3. et 5.

# EDITORIS PRAEFATIO

I QUUM in ea urbe iampridem degam quæ laudatissimum comicæ artis magistrum latinæ scenæ olim suppeditavit Statium Cæcilium (1), cœpi in hac mente ac cogitatione versari, nihil me gratius facturum, quam si quod theatralis operæ insigne, et vetus monumentum ex ipsis Mediolanensium ruderibus excitarem. Et ipsius quidem Cæcilii tenuissimam quamdam particulam, ceu laminam argenteolam cum Frontone (2) nuper doctorum virorum oculis obtuli. Res tamen mihi longe felicius evenit in utroque romanæ comœdiæ summo artifice Plauto et Terentio, quorum alterius non paucos versus deperditos in antiquissimo palimpsesto detexi, alterius autem codicem item nobilissimum

Plauti carmina, item ad Terentium picturæ et scholia inedita deteguntur.

(1) Statium Cæcilium ex quorumdam traditione dicit Mediolanensem Hieronymus in Chronico ad Olympiadem CL. Is autem Plauto et Terentio ætate interiectus fuit. Omnibus comicis anteponitur a Volcatio Sedigitio apud Gellium XV. 24. his versiculis:

*Multos incertos certare hanc rem vidimus*
*Palmam poetæ comico cui deferant,*
*Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi.*
*Ut contra siquis sentiat, nihil sentiat.*
*Cæcilio palmam Statio do comico.*

Neque secius de Cæcilio existimat Varro (apud Nonium in voc. *Poscere*): *In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus.* Argumentum autem pars dramatis præcipua est.

(2) Epist. 1. Lib. II. ad M. Cæsarem.

offendi cum picturis partim ineditis, cumque aliquot scholiis. Vita denique ipsa mihi occurrit Terentii ex antiquissimo libro descripta, quæ lucem nondum aspexisse videtur.

Plaut laus. II Nunc ut de priore Comico breviter dicam, quis potest ex omni latinarum litterarum memoria sumere aliquid illustrius quam Plautum? qui ingenio uberrimo affluens, sententiis argutus, verbis florens, romanæ scenæ principatum diutissime tenuit. Tanta equidem Plautini oris suavitas visa est, ut eius eloquium non solum plane atticum iudicatum sit, sed divino musarum sermoni comparatum (1). Idem præterea imbutus natura quadam apta ad genus iocandi, habuit prorsus omnia quæ pertinent ad comicam hilaritatem. Nam et dicacitatis aculei acutissimi in eo sunt, et lepidissimi sales et infinita festivitas. Sane reconditos fontes, abditasque velut regiones ridiculi apud Plautum mireris. Ita ex omni genere facetiarum totus constat, tantoque opere lascivit ac perfluit infreni quadam ludendi licentia. *Animadverto*, inquit Macrobius (2), *duos quos eloquentissimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum et oratorem Tullium, eos ambos etiam ad iocorum venustatem ceteris præstitisse. Plautus quidem ea re clarus fuit, ut post mortem eius comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen esse de iocorum copia noscerentur.* Quamquam idem non semper in ioco, sæpe etiam in gravitate versatur. Quare Plautina comœdia est item cultura animi, quæ convellit vitia radicitus. Multa is sane dicit illustria, eiusque scriptis non

(1) Apud Quintilianum *Inst.* X. 1. D. Hieronymum *ad Pammach.* Edit. Veron. T. I. p. 315.

(2) Saturnal. II. 1.

solum ad oblectationem, sed ad vitam quoque agendam uti possumus. Mirus enim ethologus Plautus est.

*Scripta multa Plauti incerta aut corrupta.*

III. Sed tamen et hunc latinæ linguæ florem temporum iniuria vehementer infregit. Nam primo quidem gravissima iam inde a priscis Latinis quæstio manavit de comœdiarum vere Plautinarum numero. *Feruntur*, inquit Gellius (1), *sub Plauti nomine circiter centum atque triginta. Sed homo eruditissimus L. Ælius quinque et viginti eius esse solas existimavit. Varro præter illas unam et viginti, quæ Varronianæ vocantur; quas iccirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur; quasdam item alias probavit adductus stilo atque facetia sermonis Plauto congruentis: easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit.* Servius item ad Æneidem I. pr. ait: *Plautum alii dicunt xx. et unam fabulas scripsisse, alii xl. alii c.* Gellio præterea exploratum est, veterum quoque poetarum fabulas a Plauto fuisse retractatas atque expolitas: unde rursus ingens dubietas in discernendis Plauti ipsius scriptis exorta est. Iam qui Plautum propius nostra tempora post renatas litteras emendarunt, cum multa bona in eam rem contulerunt, tum etiam plurima vitia nolentes invexerunt. Quum enim mutandis passim lectionibus, metiendis temere versibus, inserendis etiam locis alienis multus Criticorum labor impensus sit, Plautum quidem a Plauto vehementissime dissentire necesse est.

*Plautinus palimpsestus Ambrosianus.*

IV. Sed afflictæ ac perditæ rei Plautinæ medicinam, si minus omnem, at saltem aliquantam et optimam

(1) Lib. III. Cap. 3.

nunc codex Ambrosianus adhibebit. Namque in primo ita antiquus est, ut ad aureum pæne sæculum pertinere videatur, quod apparet ex genere et granditate scripturæ: vix eum certe infra Antoninorum ætatem depellendum censuerim. Continet autem comœdias omnes editas, exceptis Amphitruone, Asinaria, Aulularia, et Curculione: codex enim et sæpe et præsertim ab initio mutilus est. Tam speciosum amplumque Plauti codicem dum ego, qua par est, diligentia scrutarer, novæ subito comœdiæ titulum stupentibus oculis hausi. Earum, quas Varro inter indubias recensuit, Plauti

Plauti VIDULARIA in palimpsesto Ambrosiano.

comœdiarum extrema VIDULARIA existimatur, eamque solam ex eo numero Plautinæ editiones desiderabant. Et titulus quidem eius in Palatinis quoque membranis olim apparuit, sed ipsa fabula aberat, testibus eruditis hominibus apud Fabricium(1). Atqui eadem VIDULARIA in Ambrosiano palimpsesto mihi se spectandam offerebat Hic enimvero quum exsultarem lætitia, triumpharem gaudio, nullum mihi diem candidiorem illuxisse dicerem; repente frontem contraxi, primum quidem quod nonnisi duo eius fabulæ folia superesse cognovi; iterum quod hæc ipsa quum versus pæne octoginta continerent, ita præ omnibus erant lacera, et a superiectâ scripturâ consumpta atque terebrata, ut Danaidum cribrum, non codicis folium, mihi spectare viderer. Itaque etsi ad consectandos litterarum, qui extabant, extremos apices vehementer incubui, spemque prope conclamatam patientissime persecutus sum; exiguas tamen VIDULARIAE copiolas mihi

(1) Biblioth. lat. edit. nov. T. 1. p. 13. Vide etiam Pareum ad VIDULARIAE Fragmenta.

expugnavi, versiculos videlicet aliquos cum trium personarum nominibus et initio scenæ. Ceterorum enim disiunctorum verborum vix ad aliquem fructum redundat adeptio.

*Quid in hac editione curandum præstitum sit.*

V. Reliquam Plauti materiam Sibyllinis foliis in codice perturbatiorem primum quidem in rectam seriem coegi, ut quantum carminis superesset, quantum item deesset, cognoscerem. Mox ineditos versus, quotquot mihi occurrebant, accurate excerpebam. Etsi autem præsertim in Cistellaria uberem incognitorum versuum segetem esse sensi, codex tamen profundissime interlitus, pinguissimisque scripturæ alterius ductibus obrutus, carie etiam exesus, incensam legentis cupiditatem plerumque delusit. Plures etiam lectiones varias notabam, licet eam spartam fusiori operi reservandam censuerim. Alia postremo multa animadvertebam, quæ ad Plauti criticem magnopere conferunt: eaque (ne hic omnia in antecessum dicam) libellus noster suis locis exhibebit. Illud generatim moneo, sæpe versus in codice ad alias, quam in editionibus usuvenit, leges metricas exigi, multos de loco commoveri, non paucos etiam prætermitti.

*Pseudoli argumentum metricum ineditum.*

Denique quum plurimi olim Grammatici Plautum doctis lucubrationibus illustraverint, ego ineditum Argumentum Pseudoli feliciter detexi, minoribus utique rudioribusque litteris, sed tamen antiqua manu, in eodem palimpsesto exaratum. Atque hæc ferme erant, quæ de novis Plauti Fragmentis præfanda esse existimabam.

*Terentii laus.*

VI. Alter latinæ comœdiæ flos, ut omnes norunt, Terentius est, a stilo Plautino sane diversus: nam et comicorum, ut apud Græcos, sic apud Latinos sunt facta divortia. Hic quidem comœdias non satis ridentes aut scurriles scripsit,

sed arte summa elaboratas prudentiæque plenissimas Namque humiliores ineptias et pæne frigida aut arcessita dicta (quo vitio non semper caret Plautus) haud ferebat Terentius. Itaque eum dicacitatis moderatio ac temperantia, et contumeliarum raritas in primis commendant. Quo fit ut moribus etiam emendandis longe sit aptior: quippe qui artem nullibi minus quam in obscenis sermonibus et turpitudine collocat. Porro et delicatissimis versibus utitur, et politissimam doctrinam transmarinam exprimit, egregie cultus scriptor et elegans, cuius suavitate maxime delinita Roma est.

Terentiani codices Vaticanus et Ambrosianus cum Picturis.

VII. Huius inedita quidem opera frustra quis quærat. Nam præter comœdias sex editas, nullæ a Veteribus memorantur, exceptis illis centum et octo, quas ex Menandro latine conversas, naufragio amisisse dicitur vivens Terentius. Neque tamen fortuna in hoc etiam Comico mihi non favit. Namque in pervetere quodam membraneo codice, qui apud nos est, celebratoque illi Vaticano videtur simillimus, aliqua deprehendi nondum, ut puto cognita, quæ ad Terentium illustrandum non mediocriter conferunt. Terentianarum scenarum Picturas e codice Vaticano Mainardus Urbinatibus typis anno post Ch. N. MDCCXXXVI. vulgavit: quas tamen haud multo ante Commentationi suæ *de Personis* inseruerat Christophorus Bergerus. Tum eædem grandiore opere triginta annis post non sine nova recensione et notis cl. Cocquelinii Romæ recusæ sunt. Denique codice Vaticano cum innumera præda Italica Parisios translato, Agincurtus ibidem Terentianas denuo Picturas exprimendas curavit fideliter, ut ipsi quidem cordi fuit: utrum autem res ex optimi Antiquarii sententia cesserit, haud definite adfirmaverim.

*Ambrosianarum picturarum praestantia. Ex iis tres ineditae.*

VIII. Iam codex Ambrosianus habet plane easdem Picturas atque Vaticanus, eademque ætate scriptus videtur, nempe sæculo circiter IX. quod e Picturarum scripturæque natura, cuius rei utriusque specimina damus, coniicere licebit. Verum in hoc fere differt noster codex, quod ornatus interdum nonnihil abludunt ab editis, ita tamen ut Ambrosianæ picturæ ad antiquitatis formas propius accedant. Gestus item aliquoties personarum et nonnulla parerga diversa sunt. Illud est insigne, quod Ambrosianus ad Heautontimorumeni Actum III. scenam III. v. XXXII. Picturam ineditam exhibet Chremetis et Syri colloquentium. Ea porro a Vaticanis membranis idcirco abest, quia unica in eis scena est, quam in duas Ambrosiani codicis scriptor distinxit. Et tamen ibidem manus quædam recentior differentiam his verbis notavit: *Multi textus hanc scenam coniunctam habent superiori, quod melius videtur.* Præterea ante Adelphorum epigraphem personatæ quædam protomæ occurrunt plane aliæ ab editis. Denique Phormioni personati item vultus præfiguntur, quorum similes frustra in editis quæras. Sunt autem Ambrosianæ Picturæ paulo Vaticanis elegantiores, quantum ego quidem ex collatione præsertim Agincurtanæ Editionis mihi deprehendere visus sum. ( Namque in superioribus Editionibus picturæ cultiores vero effictæ putantur ). Habet denique hic antiquissimus codex variarum lectionum præclaram segetem et copiosissimas glossas, quibus ego publicandis hoc tempore supersedeo. Habet et scholia quædam margini adiuncta, quæ neque sequioris ætatis iudicamus, quam ipsum codicem, neque multo antiquiora. Genus eorum nec admodum elegans nec plane

*Scholia inedita codicis Ambrosiani.*

barbarum, pressum tamen et nitidum: quamvis Auctor a rectæ eruditionis tramite interdum recedat. Ea certe cum editis ad Terentium scholiis, quantum vidi, nihil congruunt: quare et eorum excerpta saltem potissima publici iuris facimus.

Plauti et Terentii codices Ambrosiani præstantissimis accensendi.

IX. Reliquum est, ut qui aliquando in libellum nostrum inciderint, ii copiosissimæ bibliothecæ Ambrosianæ gratiam habeant, ex qua duorum codicum tam insignium specimina non sine litterario fructu decoramentoque procudimus. Nam qui hactenus antiquissimi latinæ linguæ codices innotuerunt, Romani præsertim Florentini et Neapolitani, merito quidem sermonibus celebrantur, in cælum admiratione feruntur, typorum monumentis inclarescunt ac propagantur. Siquis tamen æquus iudex Plautinum specimen cum Vaticanis vel Mediceis Virgilii fragmentis, aut etiam cum latina papyro Herculanii detecta diligenter conferat, quin Ambrosianum codicem nobilitate parem iure ac merito arbitretur, vix dubitamus. Huc igitur, qui Plautum expolire deinceps volent, mentem advertant, hinc emendationem hinc ordinem hinc splendorem nobilissimo Comico comparari par est. Neque rursus ingratum fore speramus, quod Vaticanis Terentii picturis complementum adiungimus, et Donati præterea Eugraphiique in eumdem Poetam curas Scholiaste tertio vetere cumulamus. Quod si nostro labori eruditorum hominum studia faveant, quos codices hac opella satis leviter prælibavimus, eos largiore fortasse commentatione deinceps explicabimus.

# ·M· ACCI PLAVTI

## FRAGMENTA INEDITA
## ET VARIAE ALIQVOT LECTIONES

EX ANTIQVISSIMO PALIMPSESTO
BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

## CAPTIVI

*Huius Fabulæ duo tantum folia supersunt in Codice, eaque plane lacera, ut nullus integer versus legi queat. Hoc unum deprehendi, Fabulam quæ est in Codice revera esse eam quæ extat in Editionibus inscripta* CAPTIVI. *Id autem noto, quia nonnulli existimasse videntur, alteram Plauti Fabulam intercidisse, quam inscriptam iudicabant* CAPTIVI, *quum hanc editam vellent appellari* CAPTIVI DVO, *qualem reapse titulum præferunt nonnulli recentiores codices Ambrosiani: quorum tamen auctoritas plane infirmatur ab antiquissimo Palimpsesto, in quo titulus apertissime legitur* CAPTIVI.

## CASINA

Act. Sc. v.

V. 2. 3. ABDVXI: SED TAMEN TENEBRAE IBI ERANT TAMQVAM IN PVTEO.

9. CVM SENEX .... INCVMBE INQVAM ....

*Reliqua eius scenæ absunt a Codice, deficiente pagina: quod equidem ob invisam huius loci materiam vix est dolendum.*

Act Sc. v.

V. 4. 3. . . . . . . . . . . PERICVLVM. PERISTI HERCLE. AGE, ACCEDE HVC MODO.

4. NVNC EGO TE PVTAM QVOM ARBITRVM EXTRA CONSIDEAM CAPTAVERO.

5. . . . . . . . . . . . . . SIC E VIA

6. IVEEO . . . . . EGO MVRMVR . . . . . .

7. NVNC EGO INTER SACRVM SAXVMQVE SVM, NEC QVO FVGIAM SCIO (1).

8. . . . . CANES LVPINAS . . . FVIT . . . .

10. HERCLE OPINOR . . . . . . . ILLVC NVNC VT NOVA VETVS

11. HAC IBO *etc.*

*Carmina igitur inedita septem sunt in Codice, quamvis occupent spatium octo versuum: nam secundum propter longitudinem sedem duplicem implet. Igitur qui scripsit in editionibus* desunt octo versus, *videtur respexisse ad Codicem Ambrosiano similem.*

*In sequente Codicis pagina extant praeterea novem alia carmina, quibus haec scena in editionibus item caret: sed oblitteratam materiam nemo leget.*

*Vidi denique aliquos versus ineditos, ad scenam primam et alteram huius Actûs pertinentes, sed posteriore scriptura plane obrutos.*

---

(1) Hic versus paene totidem verbis extat *Captiv.* 3. 4. 84.

# CISTELLARIA

*Quinque in Codice reperi huius Fabulæ folia inedita. quæ habent versus circiter 180. Certe cuique legenti patet, in editionibus hanc Fabulam, valde esse mutilam. Reapse eius multos hiatus Ambrosiani Codices recentiores spatiis vacuis produnt. Ego ea, quæ in foliis Palimpsesti antiquissimi legere potui pauca admodum in lucem profero.*

SED QVID ISTVM ADICIS. . . . . . . . . . . . . . . . . .
QVIA VIVVM . . . DOLEO . . . SI TV VIS (1) VOLO.
AT ENIM NE TOTA PONAS PVGNOS TVOS IN IMPERIO MEO.
NVMQVAM . . . . . FIDEM . . . . . . . . . . . . . . .
SED EGO PRIMVM DII QVIA . . .
SVM NIHILI NIHIL . . .
QVAE MEAM AN . . . DIGNVS . . .
. . . ACERBA LACERET . . . FRVGI NON QVAERIS
PRAESTAT . . . QVAE CON . . . CVM . . .
NEQVE DEOS NEQVE HOMINES AEQVOM EST FACERE, ETSI POSTHAC SIM.
QVAE MIHI ESSET COMMENDATA ET MEAE FIDEI CONCREDITA,
QVAE ESSET AETATEM MECVM EXACTVRA, MECVM IN MATRIMONIO
COMPECTA (2) SIT, CAPERE OPORTET, NEQVE EAM (3) VNQVAM PONERE.

---

(1) Personarum nomina in antiquissimo nostro Palimpsesto præponuntur quidem scenarum initiis, sed deinceps omittuntur: relicto tamen spatiolo ad id loci (veluti hic) ubi ea interponi oportebat.

(2) Cod COMPECTI.

(3) Cod. EAS.

ERILI . . . . . . TRIBVS MVLTVM CREDI OPORTERE ARBITROR.
QVAE . . . CLAMAT . . . MARITI SVA VT. . . SOLITA SIS
OB ISTVC INVADIER EVM DIGNVS DECIENS QVI FVRCA
EGOMET LAETOR. SED QVID AVCTOR NVNC MIHI EST ?
. . . . . . . . . SVSPENDAS . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . FIET.
. . . . . . . . . . . . . . . . HIC INSANIT MISER
. . . . . . . . . . . . . . NIHIL MOROR . . . . . .
VBI SVNT QVAE IVSSI ? SANE . . . . NON EST SATIS
MONVISSE CREDO NOCENTI. CVM ILLAEC SIC FACIS
VTRVM DELIRAS, QVAESO, AN AMANS SOMNIAS ?
QVI EQVM ME OPLI NON VIS LORICAM ADDVCERE.
MVLTOS HASTATOS POST ID MVLTOS VELITES
MVLTOS CVM MVLTIS. HAEC TV (FE)RVOR . . . .
MIHI FABVLATVS. DIXIN EGO ISTAEC OBSECRO ?
MODO QVIDEM HERCLE DIXISTEI NON PRAESENS QVIDEM.
PRAESTIGIATOR ES, SIQVIDEM HIC NON ES ATQVE AMENS.
VIDEO EGO TE AMORIS VALDE TACTVM TOXICO,
ADVLESCENS (1) : EO TE MAGIS VOLO MONITVM. MONE.
CAVE SIS CVM AMORE TV VNQVAM BELLVM SVMPSERIS.
QVID FACIAM ? AD MATREM EIVS DEVENIAS DOMVM (2):
EXPVRGES, IVRES, ORES BLANDITER PRECIBVS,
EAMQVE EXORES NE TIBI SVCCENSEAT.
EXPVRGABO HERCLE OMNIA VSQVE AD RAVCAM RAVIM (3).
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

(1) Patet personam aliquam loqui cum adolescente Alcesimarcho.

(2) Revera Alcesimarchus Act. 2. Sc. 1 venit ad Melaenidem, quae putabatur mater amicae eius Silenii. Hunc autem Plauti locum imitatus est Terentius *Adelph*. 3. 4. 25.

(3) Hic versus hactenus extabat decimus nonus inter Fragmenta Clitellariae. Quare vides editionum errorem. Scilicet similitudo vocabulorum *Cistellaria* et *Clitellaria* librarios aut quemvis alium decepit.

MVLIERCVLA MEA ORNATVLA SI SIT VT QVIDEM HERCLE SCITA;
QVAMQVAM VETVS CANTHERIVS SVM (1), MIHI NVNC, VT EGO OPINOR,
ADHINNIRET. EQVOLAM POSSVM EGO HANC SI DETVR SOLA SOLI (2).
NIMIS OPPORTVNE MIHI EVENIT REDISSE ALCESIMARCHVM:
NAM SOLA NVLLA INVITIOR SOLET ESSE.....
NE SOLA SIS ... CVM ... TV AGAS ALIQVID
NIMIS ... CONCINNE VT HASCE NON ALCESIMARCHVS:
VT QVO ... DERIDERER ... DVRIS ...
...... ERRAT HAEC AEDES OLIM QVIA AMATORES POLLVIT.
NON ....... QVOQVE HERCLE FABVLATVR
SED CVM DICTA HVIVS INTERPRETOR HAEC HERCLE'ST, VT EGO OPINOR,
MEVM QVAE CORRVMPIT FILIVM....
...... QVAM VIDERE DICTIS ...... CREDO
NAM .... EA E DISCO DEDVCTAS HABET MEVS GRATVS. HAEC VBI ASTAT
HOC HABEO TAM ... OPINOR, NAM HAEC ILLVM
QVID SI ADEAM ATQVE APPELLEM MALI DAMNIQVE? INLECEBRAS AVT
............................ POSTVLABIS
............................ VALE
............................ ALTER
.......... ................. QVIDVIS
QVID EGO VSQVAM ...........

---

(1) Demipho senex hoc loco sine dubio loquitur.

(2) Hic versus hactenus extabat ultimus in Fragmentis editis Cistellariae. Recole autem et p. 18. n. 3. Porro hunc Plauti locum videtur imitatus Terentius *Hecyr.* 3. 2. 15.

HABENT .............. ATQVE NOSTRA

.................................................

LENTA SE MATER ... QVIDEM ... INNOCENTI

DO TIBI ... VLLVS NISI TIBI ... RARVS QVISQVAM

SED ISTE ... FILIVS QVIDEM ...

NISI ... FILIVS NEMO EST ...

AT EGO MOROR ... DAMNOSOS ANTE VLLVM

QVID ... IS NE EST? ARBITROR.

.................... AVFER MANV

... ALEAS ...... CVR GAVDET

... AD .............. DOLO

VT .............

NOS ILLATA ... AVT QVI ...

... PONE ...... QVAE ITA ... LOQVI

... DAS MIHI OPERAM ......

... MIHI MOLESTA EST QVIN ADEO ...

........ ...... QVAEDAM ... SI NESCIAS

...... ILLAM PERDAM ...

... QVAM SI HOC FALLOR ... MOROR

... MVLTVM FALLI ...... ORAT FERES

## EPIDICVS

Act. Sc. v.

III. 4. 87................ MALLEVM

SAPIENTIOREM VIDI EXCVSSO MANVBRIO.

*Inanes fuerunt igitur Criticorum coniecturae ad hunc locum qui hactenus hiabat in editionibus. Sex alii recentiores Plauti codices Ambrosiani habent:*

................ MALLEVM

SAPIENTIOR EST ...... MANVBRIO MVLIER.

## BACCHIDES

*Huius Fabulæ tria tantum folia in Codice supersunt, in iisque nihil fere notavi, nisi quod Act. IV. Sc. 9. v. 24. editiones habent:*

IS HELENAM ABDVXIT.

*At Codex deteriore, ut censeo, lectione*

SI HELENAM ABDVXIT.

## MOSTELLARIA

*In hac Fabula vidi duos versus, ni fallor, ineditos:*

Act. Sc. v.

III. 3. 28. DICAM VT HINC RES EST QVAESO AR(MA FERTE) MANVM PVERI (1).

*In alio Mostellariæ folio hæc legebam:*

NON EDEPOL VIDEO. AT EGO VIDEO VOLTVRIOS DVOS (2).

.......................................

PVERE ATQVE ........... HAC ME

## MENAECHMI

*Huius quoque Fabulæ versus aliquot ineditos mihi deprehendere visus sum, sed pagina prorsus oblitterata vix apices paucos retinet.*

---

(1) Confer tamen huius Fabulæ Act. 2. Sc. 1. v. 37.

(2) Confer 3. 2. 147. et seqq.

Ac. Sc. v.

II. 2. *Inter* v. 16. et 17. *inest versus ineditus*:

QVID TVMVLTVAS QVM NOSTRA FAMILIA? OCCISI SVMVS.

*Paginae duae huius Fabulae carent fere in Codice posteriore scriptura: itaque Plautinus textus percommode legitur cum praeclara varietate lectionum et versu inedito.*

22. *Verba* IN TEGVLIS, *quae Gronovius dicit abesse ab antiquis codicibus, leguntur in antiquissimo Palimpsesto.*

26. HOS IVBE TRANSIRE QVANTVM POSSINT, SE VT VIDEANT DOMI

*Inter* 29. et 30. *legitur versus ineditus*:

PROFECTO VT NE QVOQVAM DE INGENIO DEGREDIATVR MVLIEBRI (1).

31. VT EVM QVI SE HIC VIDIT VERBIS VINCAT, NE ISTE VIDERIT.

48. NIXVS LAEVA.

49. FERIT FEMVR.

50. DEXTERVM ITA VEHEMENTER, SED QVOD AGAT AEGRE SVPPETIT.

54. MENTO SVFFIGIT SVO.

*In aliis quoque Fabulae foliis aliquot vidi ineditos versus.*

6. *Post* v. 73. *sequuntur duo inediti*:

ET IBI OSCVLANTEM MEVM . . . HOS . . .
VIDEO VT VIDETVR NEGEM QVO . . .

---

(1) Hunc ineditum hactenus Plauti versum imitatus est Terentius *Hecyr*. 2. 1. 3.

Ac. Sc. v.

III. 1. *Inter* v. 124. et 125. *inest versus ineditus:*

CONTINVO EXCRVCIARER ANIMI, SIN FORTE FVISSET FEBRIS,

CENSEREM EMORI *etc.*

*Porro versus huius scenae* 127. *et* 128. *qui in editionibus additi sunt, quosque Pareus in nullo ms. palatino reperit, ego item observavi abesse a Palimpsesto Ambrosiano. Et quidem Festus voc.* Valgos *laudat eos e* Scytha lyturgo.

## MERCATOR

II. 1. 45. VERVM HERCLE SIMIA ILLA ATQVE HAEDVS M(ETVO)

ADPORTANT ATQVE ... SSE QVO ... AVSO ...

3. *Post versum* 120. *sequuntur duo paene inediti:*

SED ILLE QVIDAM QVI MANDAVIT TIBI, SI EMITVR, TVM VOLET.

SI EGO EMO ILLI QVI MANDAVIT, TVM ILLE NOLIT, NIHIL AGIS.

## PSEVDOLVS

### *ARGVMENTVM FABVLAE INEDITVM*

*Argumentum hoc scribitur in Codice minoribus rudioribusque litteris, ut e specimine constat. Iamvero Gellius libro III. cap. 3. testis est, a pluribus olim Grammaticis Plautum fuisse illustratum, nempe ab Ælio, Sedigitio, Claudio, Aurelio, Accio,*

*Manilio, quorum omnium labores iampridem vixerunt. Fortasse hoc Argumentum alicuius e dictis Grammaticis fœtus est.*

CALIDORVS *scortum iuvenis Phœnicium*
ETFLICTIM DEPERIBAT NVMMORVM INDIGVS.
EANDEM MILES QVI VIGINTI MVLIEREM
MINIS MERCATVS ABIIT, ABSOLVIT QVINDECIM.
SCORTVM RELIQVIT AD LENONEM AC SYMBOLVM:
VT QVI ATTVLISSET SIGNVM SIMILE CETERO
CVM PRETIO (1), SECVM AVEHERET EMPTAM MVLIEREM.
MOX MISSVS AD PRAEHENDENDVM (2) SCORTV' A MILITE
VENIT CALATOR MILITARIS. HVNC *artibus*
ADGREDITVR ADVLESCENTIS SERVVS SEVDVLVS
TAMQVAM LENONIS ATRIENSIS. SYMBOLVM
AVFERT (3) MINAS QVINQVE ACCEPTAS MVTVAS
DAT SVBDITICIO CACVLAE CVM SYMBOLO.
LENONEM FALLIT SYCOPHANTACIE (4) CACVLA.
SCORTO CALIDORVS (5) POTITVR VIVO SEVDVLO (6).

*Fabulæ videtur præfixa litteris grandibus hæc inscriptio.*

·M· IVNIVS ·M· FILENVS
(B)IS A(GVNT) M(E)

---

(1) Cod. PRAETIO.
(2) Cod. ADPRAEHENDIT.
(3) Cod ADFERT.
(4) Cod SECOPHANTACIE.
(5) Cod. CALYDORVS, at superius CALIDORVS.
(6) Ita Cod. VIVO SEVDVLO, sed tamen videtur scribendum ASTV aut FRAVDE PSEVDVLI, aut aliquid simile.

*In Codice non extant nisi duo ultimi versus Prologi, qui subiunguntur Argumento a nobis nunc edito. Ergo iam ab eo tempore, quo noster Codex scribebatur, Plautinus Prologus mutilus erat. Porro qui duo supersunt versus, ii scripti sunt eadem prorsus manu qua reliquus textus Plautinus.*

Act. Sc. v.

I. 5. *Inter* v. 7. *et* 8. *vidi versum ineditum*:
SED DISSIMVLABAM. IAM ILLI *notus* FILIVS.

*Variæ aliquot lectiones.*

I. 2. 74. MALE FACIS MIHI. *omisso* MALE MORIGERVS.
78 DEPORTATVM ERIT.
82. AIN EXCETRA.
3. 3. NIHIL CVRASSIS.
64. POSTILLA OMNES CAVTIORES SVNT.
81. DI MELIORA FAXINT.
II. 4. 12. TE TE TYRANNE. *bis tantum* TE.

## POENVLVS

Act. Sc.

V. 1. *Versus Punici decem tantummodo in Codice sunt, iique immaniter differunt ab editionibus: sed Codex etiam hoc loco carie et posteriore scriptura male habitus est. Nos ea quæ potuimus ægre eruere damus, et quidem litteras continuas indiscretis verbis, ut melius Codicis facies ipsa se prodeat, et*

*quisque pro suo libito tam vexatum a Criticis Plauti locum legat. Litteras autem dubias de more nostro parenthesi includimus.*

Act. Sc. v.

V. 1. 1. YTHALONIMVALONIVTHSICORATHIIS
THYMHIMAHYMACOMSYTH
2. CYMB(AL)IVMAMITALA(VE)LOTHA
(MITA)
3. IVLECAN(TH)ECONAALONIM(D)ALVM
BAR(ID)ECHOR
4. (DAT)SI(L)L(I)THVNESO(B)INESVB(I)C
S(I)LLIMBALIM
5. (ESSE)MI(TE)DAMOSSONAL(I)MVEDV
BERTEFET
6. DENOTVN(MI)VN(E)CCALTHVMVCOM
MV(T)ROLVFVL
7. ALTANIMAVOSDVBERITHEMHNAACHA
RISTOLEM
8. SIH(IIDA) .... NASOE(BASY)HELTCOT
9. ALEMVSDVBERIMINP(I)MVCOPSVESTITI
10. AOCCAANEOL(IS)ORBODES ... AS(T)I
LIMLIMMIMOCLVS
2. 67. GVNEBBALSAMIML(I)RILA
3. 22. AVAMMA(LLI)..........................
23. M(I)PSTA...............................

*Desinit in Codice ut in editionibus Fabula hoc versu :*

Act. Sc. v.

V. 6. 34. SI PLACVIT, PLAVSVM POSTVLAT COMOEDIA.

*Tum proxime attexitur Scena septima quam etiam Io. Sambucus et Lipsius repererunt in mss. Et vulgo quidem eam Plauto abiudicant Critici : sed enim Ambrosianus Palimpsestus antiquissimus vetustam profecto eam comprobat et fortasse Plautinam. Verum pagina desinit in versu decimo : quare reliqui versus desiderantur. Quod autem non semel monui, versus Plautini in Palimpsesto nostro alias sæpe sequuntur metricas leges, et multa lectionum varietate abundant ; cuius rei specimen esto etiam huius scenæ Fragmentum, quod mirifice congruit cum Vaticano edito a Lipsio* Antiq. Lect. V. 19.

7. 1. QVAM REM AGIS MILES (1), QVI LIBET PATRVO MEO
LOQVI INCLEMENTER? NE MIRERE MVLIERES
QVOD EVM SEQVNTVR : MODO COGNOVIT FILIAS
SVAS ESSE HASCE AMBAS. HEM QVOD VERBVM MEAS AVRES
TETIGIT ? VNDE HAE (2) PERIERVNT? DOMO
CARTHAGINIENSES SVNT. AT EGO SVM PERDITVS.
ILLVD EGO METVI SEMPER NE COGNOSCERET (3)
EAS ALIQVIS, QVOD NVNC FACTVM EST. VAE MISERO MIHI!

(1) Cod. MELIVS.

(2) Cod. HAEC.

(3) Codex videtur habere COGNOSCERETVR deponenti forma, qualem interdum habet verbum COMPERIO.

PERIERE OPINOR DVODEVIGINTI MINAE,
QVI HASCE EMI. ET TVTE IPSE PERISTI, LYCE.

## PERSA

Act. Sc. v.

III. 3. *Post verbum nonum sequitur ineditus:*
NON MIHI CENSEBAM TANTVM ARGENTI FORE.

IV. 3. 37. CHRYSOPOLIM PERSAE *pro* ELEVSIPOLIM PERSAE.

4. *Post versum* 47. *duo pæne inediti sunt:*

48. NE TEMERE HANC TE EMISSE DICAS ME IMPVLSORE AVT INLICE.

49. VOLO TE PERCONTARI. QVIN LAVDO INQVAM CONSILIVM TVVM.

50 NISI MOLESTVM *etc.*

8. *Post ultimum versum additur ineditus:*
TVNC QVANDO ABIERO. QVIN TACES? SCIO QVID VELIS.

## RVDENS

*Rudentis pauca admodum folia in Codice sunt, eaque plerumque pessime habita. Varias tamen aliquot lectiones notare non piget.*

Act. Sc. v.

II. 6. 34. HINCE. 44. QVOM VESTIMENTIS. 45. NE THERMIPOLIVM. 46. ITA SALSAM PRAEHIBET.

50. VT QVOM. 53. IVRE OPTIMO. 54. QVI? QVI AVDEREM.

Act. Sc. v.

II. 6. 62. CONPACTVM. 65. AD VNAM HANC TVNICVLAM. 70. ADVLESCENS PLESIDIPPVS. 71. QVO AB ARRABONE.

7. 17. DVM ARESCVNT MEA: IN ALIQVO TIBI GRATIAM REFERAM LOCO. 18. TEGILLVM ECCILLVM.

III. 4. 66. QVOM CONIECTVRAM. 69 DVM EGO ERO ADDVCO MEVM. *mendose* 70. QVAERE ERVM *etc.* MAXIMO. 72. NE HABITAT AVT PROMISIMVS. 74. *est versus ineditus, sed oblitteratus:* (CAPE) MODO EGO ...... VENERO.

5. 7. ISTOS AMBOS 8. NON HERCLE EQVIDEM CENSEO. 12. SI TE NON LVDOS PESSIMOS. *Post versum* 12. *repetitur versus decimus* VERVM *etc.*

## STICHVS

Act. Sc. v.

I. 3. 1. FAMEM FVISSE SVSPICOR MATREM MIHI

2. NAM POSTQVAM NATVS SVM, SATVR NVMQVAM FVI.

NEQVE QVISQVAM MELIVS REFERET MATRI GRATIAM,

3. QVAM EGO MATRI MEAE RETVLI INVITISSIMVS.

5. NAM ILLA ME *etc.*

12. SED MATREM PARERE NESCIO: NEC QVID AGAM SCIO.

*Versu porro tertio hactenus inedito sanatur locus hians Plauti: iamque licet expellere versum* EAM MIHI NVMQVAM *etc. quem tanta confidentia Acidalius olim tuitus est.*

Act Sc. v.

I. 3. 72. NVLLI MELIORES ESSE PARASITOS SINAM,
73. VEL VNCTIONES GRAECAS SVDATORIAS
74. VENDO VEL ALIAS MALACAS CRAPVLARIAS,
77. AC RIGINOSAM STRIGILEM.

II. 2. *Inter v. 62. et 63. vidi versum ineditum:*
.......EST TANDEM ALIQVANDO INPORTVNAM EXIGERE ......

III. 1. *Inter v. 36. et 37. sunt quinque versus inediti sed vix legendi:*
1...
2.................. NAM MEAE
3. AT..... EGO CVM VEN ....
4. DARI VT EVM VERBERABVNDVM ADDVCAM DOMVM.
5. PARATA ... FACIAM VT SIT EGOMET ... MOROR
37. ATQVE ID NE VOS MIREMINI HOMINIS SERVOLI
*Versus 42. huius scenae, qui in editionibus includitur parenthesi, abest a Codice.*

2. 18. LOCATA EST OPERA *pro* VOCATA EST OPERA.
*Versibus 29. et 30. interponuntur in Codice versus inediti:*
SED QVONIAM NIHIL PROCESSIT, AT EGO HA(VD) ERO.
APERTIOREM (AGET) VIX ITA PLANE LOQVAR.

IV. 1. *Inter v. 29. et 30. est ineditus:*
HAEC SI ITA VT VOLO CONFICIO... AIT PER ANNOS

2. *Versus 51. est alius ab edito:*
.......ERO NEGATAS IM...NVNC CONSILIO... OPV'ST.
56. POTIONE IVNCEA, *non* VINCEA *ut editiones.*

## TRINVMMVS

Act. Sc. v.

III. 3. 16. NVNC SI OPPERIRI VIS ADVENTVM CHARMIDIS,

17. PERLONGVM EST: HVIC DVCENDI INTEREA ABSCESSERIT

LVBIDO: ATQVE EA CONDICIO HVIC VEL PRIMARIA EST.

18. EADEM OMNIA ISTAEC VENIVNT IN MENTEM MIHI.

*Nota* 1.° *in editis versum* 17. *pro* DVCENDI *habere* DVCENTI *quod recta sententia caret.* *Nota* 2°. *versum ineditum inter* 17. *et* 18.

## TRVCVLENTVS

*Truculentum magnopere esse mutilam nemo ignorat. Huius tres fere inediti versus mihi occurrerunt.*

Act. Sc. v.

II. 4. 32. QVOD TV HIC *etc.*

QVID ID EST? PRIMVM CVM TVIS ES AVCTA LIBERIS,

33. CVMQVE BENE PROVENISTI *etc.*

CONCEDITE HINC VOS INTRO ATQVE OPERIT' OSTIVM.

TV NVNC SVPERSVS SOLVS SERMONI MEO ES:

34. TIBI MEA CONSILIA *etc.*

## VIDVLARIA

QVID......QVI DES...

SED QVIDNAM EGO ...

......AVDIVISTI QVID ...

QV... VOCVM... AT AT......
... POSSVM OPINOR ...
EST ITA AN MER(ITO) SERVIAS Q... DIS QVID. .
QVID TV ...
NAM QVR ...... MIROR
NON SVMSI QVIDEM ...
LABORIOSAM ... AT SYRVS...
VT ITA ... ALIQVAN ......
TALI SI AC TANTIS TVAE SVNT CONSVETAE MANVS
ATQVE ...
MOLLITIA VRBANA AEQV... AC ORBVS...
MISERO ...
QVOD AIS ... VT ...
... OPVS ... MALO
QVID .. QVAM SYRVM ...
... QVOD ... VS ...
... MEM ...
... POL EQ(VIDEM) CREDO MERCENNARIVM
... QVAM QVI DIV
... MEREO NE TVM QVICQVAM TVIS
NEQV ... NON .. O DOMVM
... SOROREM GORGINEM (1)
VICINVS IGITVR EST ...
SEV QVEM ... HVNC NOVIT CVM
HIC ... HIS ... EGO ADDVCITO
... ARCAM ... PROBE
... QVAM HIC ...
... QVAERAM POSTQVAM
... ERIT ...

(1) Ita Cod. GORGINEM. Suspicabar autem emendandum esse VIRGINEM.

TAM SCIO QVAM ... STARE
NISI QVOD EGO MEIS ...
(HIC) ASTABO ATQVE OBSERVABO SIQVEM AMI-(CVM)...

## DINIAS NICODEMVS CACISTVS

NE TV EDEPOL HODIE MISERIAS MVLTAS TVAS
MIHI NARAVISTI, EOQVE A(VDIERE) MAXVME
ET APERTIVS SI ... QVIA ME MISEREBAT TVI.
ILLIC EST ADVLESCENS QVEM OMN...
ETIAM EGO AGE IG(ITVR)...
IN OPVS VES ... CAVET QVA...
NIL HA ... QVAM...
TV ER(IS) ...
EGEN ...
QVI ...
... FAENVS MIHI NVLLVM DVIS
... ILLVM ...
SED QVI ... POSTVLO
FAENERATVRVM ENIM ...
QVAM AD ... VNVM ...

## COLAX

*Tres huius Fabulæ versus nuper a nobis editos cum Frontone* (1) *addimus Fragmentis novis Plautinis.*

QVI DATA FIDE FIRMATA FIDENTEM FEFELLERINT

---

(1) Epistularum ad M. Cæsarem II. 9.

SVBDOLI SVBSENTATORES, REGI QVI SVNT PROXIMI,
QVI ALITER REGI DICTIS DICVNT, ALITER IN ANIMO HABENT.

*Plauti versus inediti (quantum vidi) sunt circiter* LX. *integri. Multi præterea abrupti. Denique Argumentum Pseudoli ineditum habet versus* XV.

---

## SPECIMINIS EXPLICATIO

I. PLAVTI MILES GLORIOSVS ACT. 2. SC. 2. V. 33. ET SEQQ.

II. VIDVLARIAE FRAGMENTVM.

III. EXTREMI VERSVS ARGVMENTI INEDITI AD PSEVDOLVM.

*Codex est palimpsestus, ut diximus in præfatione. Superinductam tamen scripturam (quæ est pars Bibliorum veteris Testamenti) ad sæculum circiter VII. referendam ideo in specimine omisimus, ne Plautinorum carminum splendidam calligraphiam impediremus.*

I. OSHABETLINGUAMPERFIDIAMMALITIAMATQ·AUDACIAM
CONFIDENTIAMCONFIRMITATEMFRAUDULENTIAM
QUIARGUATSEEUMCONTRAUINCATIUREIURANDOSUO
DOMIDOLOSDOMIDELENIFICAFACTADOMIFALLACIAS

VIDULARIA

II. DINIAS NICODEMUS CACISTUS
NETUEDEPOLHODIEMISERIASMULTASTUAS
MIHINARRAUISTIEOQ·AUDIEREMAXUME

III. dat subditicio caculae cum symbolo
lenonem fallit sycophantiae cacula
scorto caldorus potitur uiuo pseudulo

# P. TERENTII

## VITA (1)

Terentius Afer, genere Carthaginensis, puer captus et a quodam Terentio Lucano emptus, litteris græcis latinisque instructus, cum librarius esset, mox propter elegantiam studiorum morumque in amicitiam perductus est Scipionis et Lælii sapientis et Rupilii (2), quorum fabulas in scena dare inimici diffamabant: maxime Turtullius Lavinius, qui eius æmulus erat, hanc opinionem divulgabat. Sed cum criminarentur quidam Terentium non vere Græcorum mores exprimere, pleraque in latina fore consuetudine; ut instituta moresque Græcorum cognosceret, Athenas profectus est. Ibi aliquamdiu commoratus, Menandrum in latinum sermonem transtulisse

(1) Hæc Terentii Vita, nondum ut puto vulgata, extat in Ambrosianis codicibus D. 79. et O. 109. part. sup. in quibus et dicitur excerpta e vetustissimo codice. Extat item in codice F. 92. part. sup. ubi inscribitur *Prohœmium verum*, ut nimirum distinguatur a Terentii Vita studio Petrarchæ descripta (et edita) quæ in eodem ms. proxime præponitur.

(2) Donatus pro *Rupilio* habet *Popilium*.

dicitur. Et cum Romam petiturus esset, sarcinas fabulasque, quas ibi conscripserat, in navem imposuit, quæ Malean circuitura erat. Ipse terrestri itinere Patras profectus est, ubi et navem expectare constituerat. Auditoque naufragio, ægre ferens amissas fabulas, Stymphali decessit in Arcadia, publiceque ibi sepultus est ·C· Dolabella Fulvio Flacco consulibus. Fabulæ eius extant quatuor e Menandro translatæ, Andria, Eunuchus, Adelphe et Heautontimorumenos. Duæ ex Apollodoro Caricio, Hecyra et Phormio. Eunuchum vendidisse dicitur octo milibus numorum, quod precium ante eum nemo acceperat.

# AD ·P· TERENTIVM

## COMMENTATIONES ET PICTVRAE INEDITAE

### EX ANTIQVO CODICE
### BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

## EVNVCHVS (1)

Act. Sc. v.

III. 2. 19. HEM EVNVCHVM TIBI. De Chærea dicit, qui habitum Eunuchi assumpserat et nomen.

3. 7. REM SERIAM.' Secretam, certam causam, sine risu.

4. 1. Quærens Antipho Chæream secum hæc loquebatur.

5. 53. EGO LIMIS SPECTO. Tortis oculis, transversis a limine in transverso posito.

IV. 1. 1. Doria ista Chremetem duxerat ad Thrasonem et Dominam, et revertens dicebat Pythiæ alteri ancillæ.

---

(1) Absunt a Codice tota Andria et pars Eunuchi usque ad Act. III. Sc. 1. v. 26.

Act. Sc. v.

IV. 2. 12. EXTREMA LINEA. Quinque sunt lineæ amoris : extremam vero lineam vocat visum.

3. 1. Pythia ancilla Thaidis cognoscens viciatam virginem a Chærea, illumque fugisse, egrediebatur quæritans quem putabat Eunuchum.

4. 1. EXI FORAS. Phædria iratus quærebat Eunuchum in domo.

15. ITA VISVS EST. Ut esset tunc pulcher, quia bene indutus erat, quod modo non est eis vestibus indutus.

18. QVID INTERSIET inter istum et adolescentem qui ad nos deductus est.

5. 1. Chremes adolescens de domo Thrasonis veniens sic loquebatur.

6. 15. CVM MONVMENTIS. Idest chartis ubi continebatur quemadmodum empta a matre Thaidis.

16. IN RISCO. Riscus proprie repositorium vas, videlicet ex iunco et foliis palmarum contextum.

7. 1. Ad domum Thaidis Thraso iratus cum suis veniens et Gnathone, hæc loquebatur.

| Act. | Sc. | v. | |
|---|---|---|---|
| V. | 1. | 1. | Thais irritata ad Pythiam ita loquebatur, quæ ei mentita fuerat. |
| | | | PERPLEXE. Supplex et involute et obscure. |
| | 2. | 6. | IN ANGIPORTVM. Compendiosa via et rectior ducens ad portum, et ponitur pro angusto portu. |
| | 3. | 1. | Pythia ancilla videns Parmenonem, qui dona illis adduxerat, secum hæc loquebatur indignans. |
| | 4. | 1. | Parmeno ignorans quid evenisset Chæreæ, quem intro duxerat, revisere volebat, secumque hæc in eundo aiebat. |
| | 5. | 1. | Pythia ancilla terrere volens Parmenonem redeuntem, hæc secum loquebatur, ita ut Parmeno potuisset audire, et simulabat quod Chæreas teneretur in domo constrictus. |
| | 6. | 1. | Laches iste pater erat Phædriæ et Chæreæ, qui omnia ignorabat quæ narrabantur de Chærea, revertens de agro suo hæc secum loquebatur. |

Act. Sc. v.

V. 7. 1. Iussus Laches a Parmenone ingredi in domum Thaidis, ibi putabat filium vinctum teneri.

3. RIDICVLO FVIT. Mirum derisus in modum.

20. NOBILITAS. Idest cognitio multorum: unde ignobiles dicuntur incogniti.

8. 3. Argumentum a maiore ad minorem. Omphale fuit regina Ægyptia [1] quæ eum ( *Herculem* ) coegit *ad lanificium* [2] amore suo dum eum suscepisset hospitio.

9. 55. SAXVM VOLVO. Idest verso apud me hæc cogitans et desiderans. Proverbium dignum memoria.

CALLIOPIVS RECENSVI [3].

---

(1) Dic potius cum Donato, *regina Lydorum*.

(2) Videbatur supplendum *ad lanificium* ex eodem Donato.

(3) De Calliopio, qui Terentium recensuit, erudite disseritur apud Fabricium *Biblioth. lat. edit. nov. T.* 1. *p.* 52-53.

## HEAVTONTIMORVMENOS

Epigraphe DVABVS DEXTRIS. Quia ex dextris cruribus gruum meliores tibiæ fiunt, quam ex sinistris.

Prolog. v. 6. DVPLEX. Græca Menandri et latina mea. In stilo etenim duplicata. (1)

11. NON PROLOGVM. Non prolocutorem vel defensorem causarum et comœdiarum.

12. ACTOREM DEDIT. Recitatorem, et potestatem agendi causas.

28. AEQVI SITIS. In discernendis carminibus æquum servate iudicium.

31. SERVO CVRRENTI. Quidam malus poeta fecit fabulam de servo currenti in via: et cum ea in theatro recitaretur, populus tædio ipsius affectus fugit.

---

(1) Nota explicationem Interpretis, siquid ea valet, quæ tuetur Terentium a crimine vulgo ei inflicto duplicati argumenti. Sane cum nostro Scholiaste consentit Eugraphius, qui ad hunc locum ait: *Vt simplex argumentum sit, duplex comœdia, dum et latina eadem et græca est.*

Prolog. v. 36. STATARIAM. Standi licentiam, id est stationem meam tranquillam in scena facite, ut audiatur mea fabula.

47. IN VTRAMQVE PARTEM. Et in fabulis componendis honeste, et in carminibus aliorum corrigendis.

Act. Sc. v.

I. 1. 1. Menedemum senem se excruciantem in agro propter dolorem filii alloquitur ita Chremes.

2. 1. Rediens Chremes a Menedemo invenit in domo sua Cliniam filium Menedemi loquentem cum Clitiphone filio suo.

CESSANT. Scilicet venire Antiphila et illi qui pro ipsa missi fuerant.

II. 1. 1. Clitipho adolescens secum patrem omnesque senes reprehendebat.

2. 1. Tristatur Clinia eo quod tardaret venire eius amata Antiphila, unde loquitur cum Clitiphone.

3. 1. In redeundo Syrus loquebatur cum Dromone, et est abrupta sententia.

40. VBI DE IMPROVISO. Vbi nuntiatum hoc fuit subito Antiphilæ.

*Tum sequitur* parenthesis qualiter invenimus eas occupatas.

II. 3. 50. PAX interiectio vel adverbium comicum propriæ significationis BENE, vel tantummodo qua cessare præcipimus.

58. INTERNVNTII. Puellæ quæ apparatæ mittuntur ad amatores.

84. AVT HAEC *etc.* Aut pericula sustinere, et meretricibus frui; aut amores amittere et meretrices non amare.

103. SERO AC NEQVICQVAM VOLES. Tandem ac frustra cœpisti hoc velle quod dicis modo, ut sine periculo habeas amicam, quam quandocumque pater sciet.

4. 1. Bacchis amata Clitiphonis laudabat Anthiphilam amicam Cliniæ, et illa similiter istam dum irent.

6. OMNIVMQVE ADEO VOSTRARVM. Scilicet matronarum, quæ sunt contentæ uno amatore.

11. DESERTAE VIVIMVS. Post amissam formam.

Act. Sc. v.

II. 4. 13. HI SE AD VOS ADPLICANT. Quod uxorem vir diligat, et uxor virum.

III. 3. 1. Chremes videns filium Clitiphonem iocantem cum Bacchide, quæ dicebatur amica esse Cliniæ filii Menedemi, increpat illum.

6. SVBAGITARE. Tractum a porcis verbum, qui quando lac sugunt, matrem subigitant.

8. METVI QVID FVTVRVM DENIQVE ESSET. Videlicet, ne Clinia irasceretur.

III. 3. 32. *Dividitur in Codice scena cum Pictura inedita Chremetis et Syri, adscriptis his verbis*: Multi textus hanc scenam coniunctam habent superiori, quod melius videtur. (1)

---

(1) Obiter hoc loco monendum censeo, præter italicos Vaticanum et Ambrosianum, in Anglia quoque Codicem Terentii picturis antiquis insignitum servari, quem sibi missum ex agro Dunelmensi Auctor Terentianæ editionis Cantabrigiensis anni MDCCI. ita describit in Monito ad Lectorem: *Codex pulcherrimus quadratus, cuilibet scenæ personas non tantum loquentes sed et mutas præfixas habens antiquo more delineatas et tabulam etiam in initio, personarum capita larvata exhibentem.*

# HEAUTONTIMORUMENOS




CHR̄ Ego istuc curabo SYR̄ atqviere tibi adseruandus est. CHR̄
Fiet SYR̄ si sapias nā mihi iā min' minq obtēperat

Act. Sc. v.

IV. I. I. Antiphilâ intrante in balneum, anulum ejus accepit Sostrata uxor Chremetis, et recognovit quod filiæ suæ esset.

3. I. Ut cognovit Clinia filius Menedemi, Antiphilam amicam suam filiam esse Chremetis et Sostratæ, lætabatur, securus quod illam duceret, utpote quæ libera esset.

10. DATE MIHI. Tu et Antiphila scilicet consilium, quomodo Clitiphoni Bacchis detur.

44. TRADVCATVR BACCHIS. Traducere idest publicare sive diffamare: sed in hoc loco pro transducere ponitur.

4. I. Adhuc dum Bacchis esset in domo Chremetis, indignans quod Syrus ei mentitus esset, dicebat secum.

5. 43. DIXI DE ARGENTO. Fraudulenter per hoc a domino suo argentum volebat extorquere, ut illud daret Bacchidi: nam ei promiserat.

48. IVS SVMMVM *etc.* Plerumque qui maxime veridicus est incidit in

Act. Sc. v.

culpam. Et tu maxime culpaberis, si iusticiam agere volueris.

IV. 8. 28. NE TV PROPEDIEM. Timeo ne forte proximo tempore, quod facile ei indulges, filii tui adventu satureris.

V. 1. 69. ME MEA OMNIA BONA DOTI DIXISSE ILLI. Hoc ideo dicebat videlicet, quod omnia sua daret filio illius Cliniæ, qui *Antiphilam* erat ducturus: volens terrere filium Clitiphonem, qui contra voluntatem patris Bacchidem amabat.

2. 1. Clitipho sciens sibi iratum patrem dicebat secum.

46. NIL GRATIAE referat de his quæ nunc ago, si postea uxorem duxerit.

4. 10. GERRO. Gerra dicitur piscis nullius saporis non aptus cibis. Alii dicunt gerra machinamentum bellicum, quo quondam usi sunt Romani ad expugnandos

Act. Sc. v.

Mauros (1), sed nihil proficere potuerunt. Hinc Clitiphonem inefficacem vult dicere.

V. 5. 1. Menedemus adloquitur Chremetem ut acceleret nuptias, sive ut ignoscat filio suo Clitiphoni, si aliquid peccasset.

12. AD ME RECIPIO. In mea providentia illum accipio, ut faciat quod vis.

CALLIOPIVS RECENSVI.

---


(1) Dic potius: *Quo usi sunt Athenienses ad expugnandas Syracusas*, et confer Festum voc. *Gerrae*.

---

## ADELPHE

*Huic Fabulae praefiguntur personatae protomae ab editis diversae.*

2



INCIPIT ADELPHE

*Sequens epigraphe videbatur differre aliquantum ab editis.*

INCIPIT ADELPHE ACTA LVDIS FVNEBRIB.
· Q · FABIO MAXIMO · P · CORNELIO
AFRICANO AEMILII PAVLI
AEDILIBVS CVRVLIB ·
QVOS FECERE · L · ACTILIVS PRAENESTINVS
MINVTIVS PROTHIMVS
MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI
TIBIIS SERRANIS
FACTA GRAECA MENANDRI
ANITIO · M · CORNELIO CONSVLIB.

*In vetustissimo palimpsesto, ex quo Plauti Fragmenta superius edidi, folium item reperi cum Adelphorum epigraphe. Id mihi certo indicio fuit codicem extitisse Terentianum Plautino plane germanum præstantia et ætate. Sed præter illud folium, cetera omnia iampridem vixere. Nunc quoniam et hæc epigraphe non est eadem plane atque editæ, eam hîc adiicere visum est.*

GRAECA ADELPHOI MENANDRV
ACTA LVDIS PLEBEIS
· GN · BALBIO · C · TERENTIO AEDILIB · PL ·
· I · PVBLILIVS POLLIO (1)
MARCI POR(OPPII)
TIBIIS SERRANIS TOTAM
· C · SVLPICIO · C · AVRELIO CONSVLIBVS ·

(1) De Pollione comœdo ita Symmachus Epist. 2. Lib. 10. Ed. Parei 1617. *Non idem honor in pronuntiandis fabulis Publio Pollioni, qui Ambivio, fuit.*

Epigraphe prior. SARRANIS. Sarranæ dicuntur ab Auctore qui illud genus musicum excogitavit.

Prolog. v. 6. DIPHILI. Diphilus græcus comœdus fuit qui composuit fabulam quam appellavit Synapothnescontes, quod latine Commorientes significat.

20. IN NEGOTIO. Negotium dicitur quasi nec otium. In compositione (1) enim nullum est otium.

22. NE EXPECTETIS. In Comœdiis non narrantur res gestæ, sed personæ loquentes inter se ipsam fabulam agunt.

Act. Sc. v.

I. 1. 1. Demea habuit duos filios, quorum unum commendavit fratri suo Mitioni ad nutriendum, qui vocabatur Æschinus.

STORAX proprium nomen. Indubia etiam scriptura nomen arboris invenitur, cuius resina storax, huius storacis vocatur.

---

(1) Cod. *coemptione*.

| Act. | Sc. | v. | |
|---|---|---|---|
| II. | 1. | 1. | Sannio iste leno dum privaretur meretrice sua ab Æschino clamabat. |
| | 2. | 1. | Syrus servus videns sollicitari Æschinum dominum suum de hoc quod lenoni fecerat, ait illi. |
| III. | 3. | 1. | Demea audiens filium suum participem fuisse, in hæc verba prorumpit. |
| | | 10. | OMNEM REM MODO SENI. Omnem rem quam fecerant Æschinus et Syrus in raptu mulieris narraverat Micioni. |
| | 4. | 1. | Geta veniens (1) cum Hegione, quem adducebat, sermocinabatur de hoc facto. |
| IV. | 3. | 1. | Dum Hegio laudaret Mitionem omnia honeste iudicare, missus a Sostrata hæc ei respondit. |
| | 4. | 1. | Æschinus cognoscens tristari Sostratam filiamque illius quam ipse viciaverat, quasi ipse vellet eam abicere, in hæc verba prorumpit. |

(1) Cod. *veniente*.

Act. Sc. v.

IV. 5. 1. Mitio Sostratam iam certam reddiderat quod Æschinus Pamphilam per silentium duceret, simulque hortabatur illam parare ea quæ ad nuptias pertinent.

6. 1. Demea revertens ab inquisitione fratris sui delusus a Syro secum loquebatur.

V. 1. 1. Syrus satur effectus egrediebatur foras lætus dicens ad semetipsum: per Dominum Pollucem more Syri te curasti molliter. Syrisce autem est adverbium qualitatis (1).

2. 6. MASTIGIA. Mastigia vel mastix dicitur corrigia, qua Syrus volebat impedire Demeam. Demea ergo intrat in domum interiorem, ut videret si esset ibi Ctesipho filius suus absconditus cum psaltria. Volebat eum Syrus cum corrigia impedire.

4. 1. Dolet Demea quod durus erga filium nimium fuerit, et simulat

---

(1) Explicationem τοῦ *syrisce* haud scio an quispiam probaturus sit.

Act. Sc. v.

se lenem, dicens quia nullus ita bene vivit ut non indigeat alterius admonitione.

V. 6. 1. Geta servus dominam suam alloquitur Sostratam.

AD HOS. Ad Micionem et alios.

QVAM MOX. Quam cito dicens se iturum ut (1) puellam evocet.

9. 18. SERIO pro certo accipitur adverbialiter. Similiter quando serium est nomen, verum et certum significat dictum, quasi sine risu.

19. EMITTI. Manumitti et per hoc liberam fieri. Et id est nomen viris quando servili conditione liberi fiunt.

CALLIOPIVS RECENSVI.

(1) Cod. pro *ut* habet *quin*.

## HECYRA

Act. Sc. v.

I. 1. 1. Philotis seu Philocium loquitur cum Syra aliisque meretricibus de Pamphilo, qui dimissa Bacchide desponsavit Philumenam filiam Phidippi.

Act. Sc. v.

I. 2. 1. Pamphilus certa causa ierat ultra mare et sperabatur iam reverti, unde Parmeno it consideratum si iam venit.

II. 1. 1. Laches pater Pamphili noscens Philumenam ad domum paternam regressam nimium iratus loquebatur, putans quod Sostrata uxor sua pepulisset eam.

2. 1. Phidippus pater Philumenæ dum loqueretur cum ea fortassis de hoc ut rediret ad domum Lachis patris Pamphili, ne forte Pamphilus revertens tristaretur de hoc quod a domo sua exisset, subito advenit Laches pater Pamphili.

III. 1. 1. Rediens Pamphilus de Imbro, ut comperit de uxore sua Philumena quod ad domum paternam esset reversa, sive quod gravida esset, cœpit ita loqui.

38. Philumena parturiente hortabatur eam sua mater Myrrhina ut compesceret semetipsam a clamore et taceret. Et hic erat

Act. Sc. v.

clamor quem Pamphilus se dicebat audire.

III. 1. 47. Parmeno servus dum voluisset Pamphilum persequi ad Philumenam, quam visitare ibat, retinuit se, ne forte Myrrhina mater, aut Philumena filia aut aliquis ex illa familia excogitaret aliquid mali inlatum esse Philumenæ per aliquem illorum. Maledicit ergo illis et dicit: Eveniat et augeatur illis morbus infamiæ, si aliquid tale contra nos dixerunt.

2. 1. Sostrata mater Pamphili audiens tumultuari in domo, ubi Philumena uxor filii iacebat parturiens, putabat quod morbus quo illa fingebat se laborare, ingravesceret, et propterea Deum medicinæ Asclepium et Deam salutis exorabat.

4. 1. Loquebatur Parmeno cum Sosia qui fuerat cum Pamphilo ultra mare in Imbro, et interrogat si fuisset, et illuditur incommodum.

| Act. | Sc. | v. | |
|---|---|---|---|
| III. | 5. | 1. | Loquebatur Laches pater Pamphili ad Phidippum, qui dixerat, ideo non redire Philumenam, quia filium eius Pamphilum expectabat. |
| IV. | 1. | 1. | Timens Myrrhina mater Philumenæ quod Phidippus audisset vocem pueri vagientis, dicebat secum. |
| | 2. | 1. | Excusat se Sostrata apud filium, non suæ culpæ fuisse quod uxor eius reversa sit ad domum maternam. |
| | | 5. | Dictum est superius (1) quoniam Pamphilus patri dixerit, matris amorem pariterque honorem præferendum esse amori uxoris: quod Sostrata audiens, iterum reduxit ad memoriam illius. |
| | 3. | 1. | Laches audivit Sostratam cum Pamphilo loquentem. |
| | | | PROCVL HINC STANS. Ex adverso et dicens quod dimitteret urbem et pergeret rus. |
| | 4. | 1. | Phidippus increpat filiam suam Philumenam, quod celaverit ei partum. |

(1) III. 5. 30-31.

Act. Sc. v.

V. 1. 23. ALIVD SI SCIREM. Si scirem rem agere maiorem, qua plus crederer quam ex iureiurando, per illam rem pollicerer, quia segregavi a me Pamphilum.

33. MERITVS DE ME EST. Sæpe mihi bona intulit. Æquum est ut restituam ei mercedes secundum posse meum auferendo ab eo malam suspicionem.

34. Audiens Laches quod falsum esset quod suspicabatur de filio suo et Bacchide, et quod minime Bacchis hanc fecisset discordiam, ait.


2. 13. FALSO CREDIDISSE. Quod putabat quod filius meus reciperetur in domum Bacchidis et ideo eius reliquisset filiam.

CALLIOPIVS RECENSVI.

---

## PHORMIO

*Huic Fabulæ præfiguntur in Codice octo personati vultus ab editis diversi.*



# INCIPIT PHORMIO

Prolog. v. 10. ACTORIS OPERA. Quomodo ipse in populo celebris non propter se sed propter suum recitatorem extiterit.

17. IN MEDIO. Id est in publico vel indifferenter, quoniam poetæ boni indifferenter dicuntur utrum laudentur an vituperentur.

Act. Sc. v.

I. 1. 1. Condolebat Davus nummularius Getæ, qui sibi argentum detulerat ad percutiendum, quod minutatim sibi ipse Geta congregaverat, et cogebatur nunc expendere in nuptias filii domini sui, hæcque secum dicebat.

10. COMPARSIT. Vix, parcendo sibi, congregavit uxori domini sui.

11. HAVD EXISTVMANS. Non recogitans cum quanto labore adquisitum sit quod ipsa libidinose expendet.

2. 1. Egrediens Geta a domo ut iret ad Davum rufum, argentum reposcere, dicebat suis: SIQVIS ME

Act. Sc. v.

QVAERET. Sed ipse subito Davus advenit.

I. 2. 5. VT NVNC SVNT MORES. Ad hoc, inquit, mores hominum devenerunt, ut siquis reddat non totum sed aliquid quod sibi est commendatum, idcirco pro ipso parvo gratia referatur.

46. LAMENTARI MORTVAM. Ea erat mulier Chremetis, quam in Lemno habebat, quæ veniens Athenas mortua erat, cuius funus filia eius observabat cum una anicula.

77. TIBI SCRIBAM DICAM. Dica, æ. chartula, æ. et codicella, æ.

3. 1. Antipho filius Demiphonis alloquitur Phædriam filium patrui sui, dicens se in magno metu esse quocienscumque patris adventum reducebat sibi ad memoriam, ac propter hoc dicit.

4. 1. Veniens Geta de porta vidit venientem Demiphonem dominum suum et loquitur in eundo secum.

Act. Sc. v.

I. 4. 53. SVCCENTVRIATVS. Succenturiati sunt non qui in prima sed qui in secunda centuria consistunt. Sunt autem et ipsi in speculis armati positi, ut si prima defecerit, isti laborantibus primis subveniant. Unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolo subinstructus. Centurias autem dicimus partes exercitus in centenos milites distributas, et qui his præsunt, centuriones vocantur.

II. 1. 1. Demipho reversus loquebatur secum audiens de filio Antiphone.

7. VERVM SCIENTEM. Intelligibiles annos habentem et scientem quod sine imperio patris non debuerat illam ducere.

TACITVM. Tacendo confitemur. Ut Cicero, dum tacent clamant (1).

ADVERSARIIS. Id est inimicis, ut facerent ei ducere uxorem.

---

(1) Cod. *clament*.

Act Sc. v.

II. 1. 29. O ARTIFICEM PROBVM! Istum Demiphonem probatum, qui sic loquitur ante agnitionem veritatis.

66. NON FVIT NECESSE ut faceretis. Quia apud antiquos fuit mos, quod cognatus si nollet adiungi cognatæ, daret ei dotem et sineret ire.

2. 25. Dat comparationem de Antiphone: quia ut aliquis alium invitans parat quæ expediunt ad prandium, dum alter securus maneat; sic Phormio parat nuptias Antiphoni, dum ille otiosus sit.

3. 1. Recedente Phormione inde alloquitur Demipho hos, quos adduxerat, de filio suo Antiphone qui se miscuerat his, et qui ante præsentiam eius non venerat, ut reversus est de Cilicia.

III. 1. 1. Semetipsum redarguit Antipho, quod ipse suam causam fugerit atque aliis commiserit.

2. 41. STERCILINIVM pro sterquilinium.

IV. 1. 1. Iam Chremete reverso de Lemno alloquitur eum Demipho.

Act. Sc. v.

IV. 2. 1. Revertens Geta a Phormione ad quem ierat consilium capere de argento, loquebatur.

3. 47. IN MENTEM EIVS. Phanii quid ei poterat evenire, si traderet illam diciori: videlicet ne pauperem in servitutem redigeret.

49. SED MIHI OPVS ERAT. Si necesse erat, mihi talem ducerem quæ mihi causam dotis afferret, unde debita mea persolverem.

4. 24. ILLE ISTIS REDDET. Phædria lenoni et puellæ. *Vel* istis senibus. Hæc verba superius dicta reddit Phormio ut deludat tempus.

5. 1. Chremetem alloquitur Demipho dicens se non daturum sine testibus argentum.

7. VT CONVENIAT HANC. Puellam Antiphonis atque persuadeat ut mulier ne exhorrescat Phormionem.

V. 1. 1. Sophrona nutrix Phanii metuens, ne forte pater illius ei malum inferret, eo quod filiam illius

Act. Sc. v.

dedisset Antiphoni, loquebatur secum.

V. 3. 1. Demipho Nausistratam uxorem fratris sui alloquitur ut Phanium conveniat quatinus [1] Anthiphonem dimittat.

28. ILLA FILIA. Idest de tua quæ venit de Lemno, quam volebas ut duceret Antipho. Hoc propter Nausistratam sub persona amici dixit, quamquam filia eius esset.

4. 1. Congratulatur Antipho Phædriæ, quod amicam habiturus esset, ignorans adhuc causam suam.

*Reliqua desiderantur.*

---

(1) Fronto *de differentiis vocabulorum* editionis nostræ Mediolanensis p. 470. ait: *Quatenus et quatinus. Quatenus qua fini: quatinus quoniam.*

# ΙΣΑΙΟΥ
## ΛΟΓΟΣ
## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΛΕΩΝΥΜΟΥ ΚΛΗΡΟΥ

# ISAEI
## ORATIO
## DE HEREDITATE CLEONYMI

NVNC PRIMVM DVPLO AVCTIOR

INVENTORE ET INTERPRETE

*ANGELO MAIO*

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE A LL. OR.

MEDIOLANI
REGIIS TYPIS
MDCCCXV.

# GIBERTO
## COMITI BORROMAEO

IN DITIONE MEDIOLANENSI

REGNI LONGOBARDICI - VENETI

INTER REGIOS CAESAREOS RECTORES

NOBILIVM TITVLIS RECOGNOSCENDIS PRAEFECTO

EX HISPANIAE MAGNATIBVS CLASSIS PRIMAE

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

CONSERVATORI PERPETVO ET PATRONO

ILLUSTRISSIMAM Gentem Borromæorum, a qua tot artium litterarumque ornamentis Patria cumulata est, quis dignis præconiis efferat? Quantum ego quidem

cogitans sentio, una Græcorum facundia a tantæ rei dignitate non abhorrebit. Ecce autem Demosthenicæ eloquentiæ fons Isaeus, temporum iniquitate vehementer corruptus et perditus, quum in Ambrosiana Borromæorum bibliotheca paulo integrior lateret, nunc tuo nomini inscriptus, Giberte amplissime, prodit. Quamquam vero eius Oratio in alio prorsus argumento versatur; siquis tamen paulo accuratius rem perpendet, totum quodammodo Isæi Scriptum tuas Maiorumque tuorum laudes prædicare arbitrabitur. Isæi quippe sospitis gloria iure meritoque ad

vos redundat. Namque in primis ille Patriæ suæ celeberrimus Pontifex, romanæque Ecclesiæ princeps, magnus Federicus præclarum Oratorem, cum in Ambrosianos pluteos intulit, ab excidio vindicavit. Tuque item, Vir summe, de eodem Isæo verissime meritus es, qui cum Ambrosianam bibliothecam sapienti consilio atque egregia opera protegis CONSERVATOR PERPETUUS ET PATRONUS, tum etiam exiguitatem meam, ut hoc omnigenæ eruditionis prædium pro viribus colerem, voce sæpe et litteris hortatus es. Quare, Vir excellentissime, hoc eximio

patrimonii tui fructu libenter fruere, et nobilissimum nomen tuum græcis quoque scriptis inclarescere ne recuses.

# EDITORIS PRAEFATIO

I. NEMINEM dubitaturum confido, quin si perfectum eloquentiæ genus apud Veteres quærimus, in Græciam immo ipsas Athenas veniendum sit. Nam et Græcia totum pæne orbem multitudine ingeniorum scribendoque superavit, et Athenis ars dicendi domicilium sibi præcipuum collocavit. Ipse Tullius qui in romanam civitatem eloquentiam adhuc pæne peregrinam deduxit, non ex Palatio sed ex græca Academia orator extitit. Nam et græcis magistris usus est, et diu studuit in Græcia, græca vero exemplaria numquam ab oculis removisse videtur: denique et eruditissimis græcis viris semper eius domus referta fuit. Iam quo quisque græcæ litteraturæ peritior est, hoc manifestius sentiet, quantum Cicero ex illius imitatione ac prope exsuviis locupletatus sit. Græcæ eloquentiæ laus:

II. Etsi autem Athenæ, ut diximus, præ Græcia universa eloquentiæ semper studiis atque institutionibus optimis floruerunt, tamen nulla fuit Atheniensium Oratorum et præsertim Isæi scripta.

ætas illi urbi felicior, quam quæ decem simul Oratorum copiam effudit. In his fuit ISAEUS, Isocratis, teste Dionysio Halicarnassensi (1), discipulus, Lysianæ eloquentiæ æmulus, summorum philosophorum familiaris: qui cum olim in foro attico mirabiliter eluxit, tum ideo præcipue quod eius magisterio et auspiciis divina vis Demosthenica nata est, nomen suum immortalitati commendavit. Atque utinam ex tanta ubertate scriptorum, quibus græci oratores bibliothecarum forulos referserunt, copiosiores reliquiæ ætatem tulissent! Nunc tot optimarum orationum iactura quum pectus meum mœrore pulsaret, nullum mihi lapidem movendum non censui, ut siquod clarissimum Græciæ lumen, sæculorum iniuria extinctum, alicubi forte sordesceret, id ego diligentibus studiis accendendum curarem. Et paucis quidem ante annis Isocratis Oratio *de Permutatione* e Mediceo Ambrosianoque codicibus cumulatissima prodiit; Isæi vero deperditam Orationem *de Meneclis hereditate* Londinenses typi triginta abhinc annis Eruditorum manibus tradiderunt. Iam et ego quum nuper

---

(1) In *Iudicio de Isæo*.

in græcos oratores cupiditate imminerem, tuli aliquem industriæ fructum. Postquam enim Isæi quemdam codicem sæculo XIV. exaratum tractare diligenter cœpi, protinus eamdem Orationem *de Meneclis hereditate* lubens offendi: cuius tamen edendæ quum alius ante me laborem susceperit, hoc unum mihi supererat, ut aliquam novi codicis collationem exhiberem.

**Isæi Oratio duplo auctior in ms. Ambrosiano.**

III. Neque tamen aliquid præterea Isæi codex Ambrosianus non habuit. Quum enim Oratoris lacunas investigarem num ope scripturæ veteris explere possem, continuo deprehendi, Orationem *de hereditate Cleonymi* plus duplo ampliorem in nostro codice contineri. Et novam quidem partem cohærere optime sensi cum olim editâ, ad id videlicet loci, ubi de hiatu Editores ipsi spatio aut asteriscis interpositis admonebant. Tum in eadem nova Orationis parte duo quoque illa nomina *Pherenicus et Simon* occurrebant, quorum meminerat quidem antiquus Auctor argumenti Orationis, sed ea iam frustra in Orationis editæ contextu quærebantur. Hoc insigni Isæi Supplemento in Ambrosianis divitiis detecto, alios quoque Oratoris codices in publicis Bibliothecarum catalogis conquirendos censui:

statimque miratus sum, Mediceum codicem XI. Plut. IV. quem Bandinius descripsit, eadem plena Oratione esse ditatum. Quin et regium Parisiacum MMDCCCCLXXXIX. videndum existimo, in quo idem *χειμήλιον* inventum iri vehementer suspicor. Interim tamen ex Ambrosiano ms. integra hæc primum excutiatur Oratio: tum etiam, quod adtinet ad partem editam, multis in locis emendata.

**Isæus cum Lysia et Demosthene comparatur.**

IV. Iamvero de Isæo actum agam, si meam sententiam interponam: præsertim quum Dionysii Halicarnassensis prolixum iudicium extet, qui hunc dignum cum paucis ex oratoribus græcis existimavit, de quo accuratum examen institueret. Et primum quidem ea mens est Dionysio, Isæum adeo ad Lysiam accedere, ut utriusque orationes ægre inter se distinguantur. In aliquot tamen capitibus a Dionysio Lysiæ præfertur Isæus. Scilicet hic et sapientius partes videtur ei distribuere [1], et rem ornatius magisque rhetorice explicare, et denique ad Demosthenem potius

---

(1) Confer Frontonem *Laudes Fumi et Pulveris* Editionis nostræ principis Mediolanensis p. 364. qui eamdem apud Lysiam argumentorum perturbationem ex Platone commemorat.

quam ad Lysiam adpropinquare. Mirum autem videbitur Dionysii iudicium de Isæo, si comparetur cum Tullii de Lysia quod est huiusmodi [1]: *Nihil acute inveniri potest in eis causis quas scripsit* (Lysias), *nihil ut ita dicam subdole, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.* Dionysius vero sæpe ait Isæum magis subdolum elaboratum contortumque quam Lysiam, idque comparatione locorum utriusque Oratoris ostendit. Immo Lysiam gravitate oratoria ab Isæo superari, aperte confirmat. Illud rursus mirum, quod egregie elegans venustus limatus politissimusque dicitur a Tullio Lysias [2]: Dionysius autem Lysiæ quidem orationem picturæ veteri comparat, lineis utique peritissime deformatæ, sed quæ colorum et artis varietate careat; Isæi contra elocutionem recentiori tabularum generi adsimilat, in quo colores et lumina et umbræ adhibentur. Quare ne Dionysium

(1) In *Bruto* cap. IX.
(2) Ibidem et *Orator* IX.

cum Tullio pugnare (quod esset absurdum) dicam; eæ quidem laudes, quas de Lysia Tullius recitat, ex Dionysii sententia multo cumulatiores Isæo debentur. Et quoniam ex Tullio ac Dionysio illustrare Isæum cœpi, illud etiam noto, neminem magis a Cicerone laudari, quam, ut par est, Demosthenem. *Recordor*, inquit (1), *me longe omnibus unum anteferre Demosthenem. Hoc nec gravior extitit quisquam, nec callidior nec temperatior.* Porro Dionysius Isæum disertis verbis Demosthenicæ gravitatis fontem appellat. Denique idem Dionysius narrat, ab autiquo quodam causidico Pythea satis graphice descriptum Demosthenem, cum hunc ille diceret totum Isæum eiusque rhetoricas technas imbibisse.

Isæi Oratio *de hereditate Cleonymi* expenditur.

V. Hactenus Isæum ex aliorum sententiis generatim laudavi. Nunc ut hanc Orationem, quæ nunc primum integra excuditur, ego ipse paucis commendem; mihi quidem mirabilis omnino videtur Isæus, qui in tam exigua materia copiosis adeo acutisque argumentis abundat. Nihil enim, quod in hac causa excogitari poterat, omittit: omnibusque oratoriis locis ita feliciter utitur, ut disciplinam

(1) *Orator* VII.

inveniendarum probationum vix peritius quisquam calluisse videatur. Ratiocinatur enim sæpe a contrario, a minore ad maius, a simili, a pari, a coniecturis. Quidquid vel ipse dicit vel Adversarius, argumentum pro se sollertissime inde rapit. Adversarium quoque inducit ipsum se refutantem: dilemmata, enthymemata et eiusmodi technas versutissime usurpat, et omnino Adversarium et ipsos Iudices opprimit argumentorum congerie: homo ad excogitandum acutissimus, ad probandum evidentissimus, ad concludendum acerrimus. Quin et cum ipsis Iudicibus (quod item olim Dionysius notavit) iurgio certat Isæus, adeoque suis rationibus videtur confidere, ut nisi Iudices sibi adsentiantur, eos iniquiores, quam Adversarios, audacter coarguat. Ceterum in Isæo si elocutionis structuram, et dicendi modos, et periodorum connexiones, nec non oratorios transitus adtentius consideres; Isocratis discipulum facile senties: sin verba contorta et aculeata, concisas sententias, sonitum, vim; Demosthenis magistrum audire videberis. Ita tamen ut ipse Demosthenes magistri gracilitatem obruat altitudine et maiestate orationis suæ. Denique nemo non novit,

atticorum rhetorum orationes non esse plerumque ad Tullianæ copiæ rationem exquirendas. Brevitas enim ac sana quædam et robusta siccitas Atticorum propria laus est.

Ad græcorum Auctorum studium cohortatio.

VI. Age vero quum in hoc motu temporum tantaque in conversione studiorum ac perturbatione vivamus; quum tota Italia rei litterariæ componendæ det operam; quid opportunius fieri poterat, quam antiqua exemplaria eademque perfectissima extundi? Undenam porro genti Italicæ secundior aura quam ab Græcis adfletur? quorum quum fluctibus proxime alluatur, par est et doctrinis adspergi. Atqui iamdiu est cum inter nos serpit infinitum malum græcas litteras veluti peregrinas et abstrusas fastidiendi. O nomen dulce græcanicarum musarum! O laus eximia atticorum studiorum! O lepos, o cantus, o veneres Lycei, Heliconis, atque Hymetti! Homeri, Platonis, Xenophontis, Demosthenis litteras tam infrequenti desiderio ab adolescentibus nostris expeti quis non gemat? quis non ægerrime ferat? Illud, oro, meminerimus, Italiam non semel græcarum doctrinarum splendore luculentissime collustratam. Namque et olim cum rerum imperio græca eruditio Romam commigravit, et

nuperius Turcarum armis pulsa finibus suis græca Natio Italiam rursus ad litterarum amorem excitavit.

*Graiis ingenium Graiis dedit ore rotundo*
*Musa loqui* (1).

Quare et ii præ ceteris gentibus in celsissimam sedem eruditionis ascenderunt, studiorumque suorum vestigiis totam rempublicam litterariam impresserunt. Stilus me deficiet, si quæ dici in Græcorum laudem possunt, omnia coner expromere. De eorum poetis, de historicis, de oratoribus, de grammaticis, de philosophis, de medicis, de mathematicis, de musicis, de scriptoribus etiam ludicris immensa oratio est. Quin et inclinatis in peius temporibus, Græcorum lingua numquam tot sordibus, quot latina, obsolevit, suamque dignitatem studia eorum diutius retinuerunt. Ergo, Itali adolescentes, vobis magnopere auctor sum, ut in possessionem græcæ linguæ pedem ponatis, eiusque desiderium et amor in medullis omnium ac visceribus hæreat. Numquam enim Italia delicatiore sensu ad humanas litteras fuit, quam cum græcis exemplaribus vehementissime studuit.

(1) Horatius *de Arte poetica* v. 323.

# ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Αδελφιδοι Κλεωνύμου τελευτήσαντος ἐπὶ τὸν κλῆρον ἔρχονται κατὰ γένος· τὰς διαθήκας ἃς παρέχονται εἰς αὐτοὺς οἱ περὶ Φερένικον καὶ Σίμωνα καὶ Ποσείδιππον γράψαι, ὡς ἀληθὲς ἦν, καὶ θεῖναι παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ὁμολογοῦντες Κλεώνυμον, κατὰ τὴν πρὸς Δεινίαν τὸν ἐπίτροπον αὐτῶν ὀργήν· ὕστερον δὲ ἐπιχειρήσαντα λῦσαι· καὶ μεταπεμψάμενον τὸν ἀστυνόμον, ἐξαίφνης ἀποθανεῖν (1). Καὶ Πολύαρχον τὸν πάππον αὐτῶν, Κλεωνύμου δὲ πατέρα, προστάξαι, εἴ τι πάσχοι Κλεώνυμος, δοῦναι αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα. Ἡ στάσις ὅρος διπλοῦς κατὰ ἀμφισβήτησιν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ταῖς γενομέναις ἐξ ἀρχῆς διαθήκαις διισχυρίζονται· οἱ δὲ λέγοντες φασὶ, ὅτι μετεκαλέσατο τὸν ἄρχοντα, ἵνα λύσῃ αὐτὰς· καὶ τελευταῖον παρὰ τοῦ Κλεωνύμου γενομένοις.

---

(1) Ἀποθανεῖν abest a Codice.

# ORATIONIS

## ARGVMENTVM

Cleonymi extincti Nepotes ex fratre hereditatem iure sanguinis adire volunt. Fatentur autem, testamentum quod contra ipsos proferunt Pherenicus et Simon et Posidippus, conditum quidem revera fuisse et apud magistratus depositum; verum id factum aiunt ex odio in Diniam curatorem suum, idemque voluisse Cleonymum abrogare, nisi, cum ædilem arcessebat, repente esset exanimatus. Aiunt præterea, Polyarchum avum suum, patrem Cleonymi, iussisse, ut siquid humanum Cleonymo accideret, bona ipsis ab eo tribuerentur. Causæ status finitione duplici continetur, prout fert controversia. Litigantium enim pars altera tabulas olim conditas tuetur: altera vero contendit, Cleonymum eas rescindendi causa arcessivisse magistratum; et postremis eiusdem Cleonymi gestis innititur.

# ΙΣΑΙΟΥ

## ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ

## ΚΛΕΩΝΥΜΟΥ ΚΛΗΡΟΥ

I. Πολλη μὲν ἡ μεταβολή μοι γέγονέν, ὦ ἄνδρες, τελευτήσαντος Κλεωνύμου· ἐκεῖνος γὰρ ζῶν μὲν ἡμῖν κατέλιπε τὴν οὐσίαν, ἀποθανὼν δὲ κινδυνεύειν περὶ αὐτῆς πεποίηκε· καὶ τότε μὲν οὕτως ὑπ' αὐτοῦ σωφρόνως ἐπαιδευόμεθα, ὥστ' οὐδ' ἀκροασόμενοι οὐδέποτ' ἤλθομεν ἐπὶ δικαστήριον, νῦν δὲ ἀγωνιούμενοι περὶ πάντων ἥκομεν τῶν ὑπαρχόντων. Οὐ γὰρ τῶν Κλεωνύμου μόνον ἀμφισβητοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πατρῴων ὀφείλειν ἐπὶ τούτοις ἐκείνῳ φάσκοντες ἀργύριον. Καὶ οἱ μὲν οἰκεῖοι καὶ οἱ προσήκοντες ἐπὶ τούτοις οἱ τούτων ἀξιοῦσιν ἡμᾶς καὶ τῶν ὁμολογουμένων, ὧν

# ISAEI
## DE HEREDITATE CLEONYMI
## ORATIO

I. INGENS mihi, o Viri, accidit conversio rerum extincto Cleonymo: quum enim is vivens facultates suas nobis se diceret relicturum, moriens litem de ipsis excitavit: quumque item adeo pudice ab illo tunc educaremur, ut ne auditores quidem ad iudicia umquam accederemus, nunc certaturi de rebus omnibus adsumus. Adversarii enim non Cleonymi tantum bona adpetunt, sed ipsum nostrum patrimonium, ex quo pecuniam deberi Cleonymo aiunt. Et Adversariorum quidem familiares atque propinqui in hac prorsus sententia versantur, ut eorum bonorum, quæ illis a

Κλεώνυμος κατέλιπεν αὐτοῖς, τούτων ἰσομοιρῆσαι· οὗτοι δὲ εἰς τοῦτο ἥκουσιν ἀναισχυντίας, ὥστε καὶ τὰ πατρῷα προσαφελέσθαι ζητοῦσιν ἡμᾶς, οὐκ ἀγνοοῦντες, ὦ ἄνδρες, τὸ δίκαιον, ἀλλὰ πολλὴν ἐρημίαν ἡμῶν καταγνόντες.

II. Σκέψασθε γὰρ οἷς ἑκάτεροι πιστεύοντες ὡς ὑμᾶς εἰσεληλύθαμεν. Οὗτοι μὲν διαθήκαις ἰσχυριζόμενοι τοιαύταις ἃς ἐκεῖνος δὴ ὑπέθετο μὲν, οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ἀλλ᾽ ὀργισθεὶς τῶν οἰκείων τινὶ τῶν ἡμετέρων· ἔλυσε δὲ πρὸ τοῦ θανάτου πέμψας Ποσείδιππον ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Ἡμεῖς δὲ γένει μὲν ἐγγυτάτω προσήκοντες, χρώμενοι δὲ ἐκείνῳ πάντων οἰκειοτάτῳ, δεδωκότων δ᾽ ἡμῖν καὶ τῶν νόμων κατὰ τὴν ἀγχιστείαν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κλεωνύμου διὰ τὴν φιλίαν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ, ἔτι δὲ Πολυάρχου, τοῦ πατρὸς Κλεωνύμου, πάππου δ᾽ ἡμετέρου προστάξαντος, εἴ τι πάθοι Κλεώνυμος ἄπαις, ἡμῖν δοῦναι τὰ αὐτοῦ. Τοσούτων τοίνυν ἡμῖν ὑπαρχόντων, οὗτοι καὶ συγγενεῖς

Cleonymo legata fatemur, æquam portionem nos quoque adsequamur; illi autem tanta impudentia efferuntur, ut et patria nobis eripere tentent: non idcirco, o Viri, quod ius nesciant, sed quia nos plane auxilio destitutos esse arbitrantur.

II. Iamvero considerate, quibus freti momentis huc utrique convenimus. Illi testamento nituntur, quod Cleonymus, nobis utique nihil exprobrans, sed iratus cuidam e nostris necessariis, reapse condendum censuit; antiquavit autem ante obitum cum Posidippum misit ad magistratum. Nos autem et genere ad Cleonymum proxime accedimus, et eodem familiarissime usi sumus. Nobis præterea eius bona tum leges adtribuunt ob ius ab intestato succedendi, tum ipse Cleonymus propter suum in nos amorem, tum denique Polyarchus Cleonymi pater, avus noster, qui sanxit, ut siquid humanitus Cleonymus liberorum expers pateretur, ejus facultates ad nos pertinerent. Tam gravi iuris prærogativa quum

ὄντες, καὶ οὐδὲν δίκαιον εἰπεῖν ἔχοντες, οὐκ αἰσχύνονται καταστήσαντες ἡμᾶς εἰς ἀγῶνα περὶ τούτων, περὶ ὧν αἰσχρὸν ἦν ἀμφισβητῆσαι καὶ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν.

III. Οὐχ ὁμοίως δέ μοι δοκοῦμεν, ὦ ἄνδρες, διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὅτι ἀδίκως κινδυνεύω, τοῦθ' ἡγοῦμαι μέγιστον εἶναι τῶν παρόντων κακῶν, ἀλλ' ὅτι ἀγωνίζομαι πρὸς οἰκείους οὓς οὐδ' ἀμύνασθαι καλῶς ἔχει. Οὐ γὰρ ἂν ἐλάττω συμφορὰν ἡγησαίμην κακῶς ποιεῖν τούτους ἀμυνόμενος οἰκείους ὄντας, ἢ κακῶς παθεῖν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τούτων. Οὗτοι δ' οὐ τοιαύτην ἔχουσι τὴν γνώμην, ἀλλ' ἥκουσιν ἐφ' ἡμᾶς καὶ τοὺς φίλους παρακαλέσαντες, καὶ ῥήτορας παρασκευασάμενοι, καὶ οὐδὲν ἀπολείπονται τῆς αὑτῶν δυνάμεως, ὥσπερ, ὦ ἄνδρες, ἐχθροὺς τιμωρησόμενοι, καὶ οὐκ ἀναγκαίους καὶ συγγενεῖς κακῶς ποιήσοντες.

IV. Τὴν μὲν οὖν τούτων ἀναισχυντίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν ἔτι μᾶλλον γνώσεσθε, ἐπειδὰν πάντων ἀκούσετε. Ὅθεν

nos præditi simus, hos nihilominus et adfinitate nobis coniunctos et nulla æquitate suffultos non pudet iudicio nobiscum contendere de iis bonis, pro quibus turpe esset cum extraneis etiam hominibus dimicare.

III. Porro non eodem animo inter nos adfecti mihi videmur, o Viri. Namque ego quod immerito periclitor, id maximum præsentium malorum non iudico; sed quod litigo cum necessariis, quos ne refellere quidem honestum est. Neque equidem minorem calamitatem existimo si necessarios meos læsero dum me ipse defendo, quam quod ab illis sponte iniuriâque lacessitus sum. Adversarii autem hanc mentem non gerunt: sed in nos irruunt invocatis amicis, comparatis oratoribus, nullis denique copiis omissis, tamquam si inimicos, o Viri, ulturi essent, et non potius necessariis ac consanguineis damnum illaturi.

IV. Atque istorum impudentiam turpemque lucri cupiditatem clarius adhuc cognoscetis, quum omnia audiveritis. Incipiam

δ' οἶμαι τάχιστ' ἂν μαθεῖν ὑμᾶς περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν, ἐντεῦθεν ἄρξομαι διδάσκειν. Δεινίας γὰρ ὁ τοῦ πατρὸς ἀδελφὸς ἐπετρόπευσεν ἡμᾶς, θεῖος ὢν, ὀρφανοὺς ὄντας. Κλεωνύμου δ' οὗτος, ὦ ἄνδρες, διάφορος ὢν ἔτυχεν. Ὁπότερος μὲν οὖν αὐτῶν ἦν τῆς διαφορᾶς αἴτιος, ἴσως οὐκ ἐμὸν ἔργον ἐστὶ κατηγορεῖν. Πλὴν τοσοῦτόν γε ἂν δικαίως αὐτοῖς ἀμφοτέροις μεμψαίμην, ὅτι καὶ φίλοι τέως ὄντες, καὶ προφάσεως οὐδεμιᾶς γενομένης, ἐκ λόγων τινῶν, οὕτως εἰκῆ πρὸς ἀλλήλους ἔχθρας ἀνείλοντο.

V. Ὅτι γοῦν ἐκ ταύτης τῆς ὀργῆς (1) Κλεώνυμος ταύτας ποιεῖται τὰς διαθήκας, οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ὡς ὕστερον ἐσώθη (2) ἔλεγεν. Ὁρῶν δὲ ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου, καὶ δεδιὼς μὴ τελευτήσειεν αὐτὸς ἔτι παῖδας ἡμᾶς καταλιπὼν, καὶ τῆς οὐσίας ἡμετέρας οὔσης

(1) Cod. pro ὀργῆς habet ἀρχῆς deteriorem lectionem, quam si amplectaris, dicas licet: *Quod igitur ab his initiis tabulæ Cleonymi ortæ sint* etc.

autem ab ea parte vos docere, unde litem, in qua versamur, quam citissime intelligetis. Dinias patris nostri frater in tutela nos habuit, patruus pupillos. Hic autem inimicitias exercebat cum Cleonymo. Uter porro eorum ansam discidio dederit, officii mei non videtur certiores vos facere. Unum hoc haud immerito in utroque reprehenderim, quod antea amici quum essent, neque deinceps certa aliqua dissensionis occasio inciderit, tam temere ex quorumdam sermunculis mutuas inimicitias susceperunt.

V. Quod igitur huius odii adversus Fratrem causâ, quin alioqui nobis esset infensus, eas tabulas condidisset, ipse, postquam convaluit, narrabat Cleonymus. Quippe nostri tutelam geri videbat a Dinia, verebaturque ne, si ipse nobis adhuc pueris moreretur, bona sua in potestatem Diniæ

---

(2) Cleonymus inofficiosum illud testamentum condiderat olim implicitus in morbum, ex quo convaluit.

γένοιτο κύριος Δεινίας· ἡγεῖτο γὰρ δεινὸν εἶναι τὸν ἔχθιστον τῶν οἰκείων ἐπίτροπον καὶ κύριον τῶν αὐτοῦ (1) καταλιπεῖν, καὶ ποιεῖν αὐτῷ τὰ νομιζόμενα τοῦτον, ἕως ἡμεῖς ἡβήσαιμεν, ᾧ ζῶν διάφορος ἦν· Ταῦτα διανοηθεὶς ἐκεῖνος, εἴτ' ὀρθῶς εἴτε μὴ, τὰς διαθήκας ταύτας διέθετο. Καὶ εὐθὺς ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα, εἴ τι ἡμῖν ἢ τῷ πατρὶ ἐγκαλεῖ τῷ ἡμετέρῳ, ἀπεκρίνατο πάντων τῶν πολιτῶν ἐναντίον, ὅτι οὐδὲν πονηρὸν ἐγκαλεῖ (2)· καὶ ἐμαρτύρησεν ὡς ὀργιζόμενος ἐκείνῳ, καὶ οὐκ ὀρθῶς βουλευόμενος, ταῦτα διέθετο. Πῶς γὰρ ἂν εὐφρονῶν, ὦ ἄνδρες, κακῶς ποιεῖν ἡμᾶς ἐβουλήθη τοὺς μηδὲν αὐτὸν ἀδικήσαντας;

VI. Ὕστερον δὲ τούτων, ὁ μέγιστον ὑμῖν τεκμήριον, ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἔπραξεν ἡμᾶς βλάπτειν βουλόμενος. Τελευτήσαντος γὰρ Δεινίου, καὶ τῶν πραγμάτων πονηρῶς ἡμῖν

(1) Τῶν αὐτοῦ abest a Codice, sed recte suppletur ex Edd.

venirent. Cleonymo autem molestissimum accidebat, et hominem inimicissimum curatorem esse suorum consanguineorum, et eumdem dominum sui patrimonii relinquere, et, donec nos certe pubesceremus, ab eo sibi inferias de more dari, cui vivens iratus fuisset. Hæc ille animo reputans sive recte sive secus, eiusmodi testamentum conscripsit. Atque illico rogante eum Dinia, numquid de nobis aut de parente nostro quereretur, coram plurimis civibus respondit, se nullam fraudem nobis exprobrare: testatusque est, se Diniæ infensum et mente perturbatum ita res suas ordinasse. Ac reapse, o Viri, quomodo homo sana mente præditus damno nos afficere cogitasset, qui eum nulla in re violavimus?

VI. Nunc addemus, quod maximo indicio est, Cleonymum, ne cum quidem ita se gerebat, malum nobis esse molitum. Mortuo enim Dinia, et re

---

(2) Ἐγκαλεῖ abest a Codice.

ἐχόντων, οὐδὲ περιεῖδεν ἡμᾶς οὐδενὸς ἐνδεεῖς ὄντας, ἀλλ' αὐτοὺς μὲν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ κομισάμενος ἐπαίδευε, τὴν δ' οὐσίαν ἀφελέσθαι τῶν χρηστῶν ἐπιβουλευσάντων, ἔσωσεν ἡμῖν· ἐπεμελεῖτό τε ὁμοίως τῶν ἡμετέρων, ὥσπερ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων. Καίτοι χρὴ θεωρεῖν αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν ἐκ τούτων τῶν ἔργων μᾶλλον, ἢ ἐκ τῶν διαθηκῶν· καὶ τεκμηρίοις χρῆσθαι, μὴ τοῖς μετ' ὀργῆς πραχθεῖσιν (ἐν οἷς ἅπαντες πεφύκαμεν ἁμαρτάνειν) ἀλλ' ἀφ' ὧν ὕστερον φανερὰν τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ἐποίησε.

VII. Ἔτι γὰρ μᾶλλον ἐν τοῖς τελευταίοις ἐδήλωσεν ὡς εἶχε πρὸς ἡμᾶς. Ἤδη γὰρ ἀσθενῶν ταύτην τὴν νόσον, ἐξ ἧς ἐτελεύτησεν, ἐβουλήθη ταύτας τὰς διαθήκας ἀνελεῖν· καὶ προσέταξε Ποσειδίππῳ τὴν ἀρχὴν εἰσαγαγεῖν. Ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ εἰσήγαγεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐλθόντα τῶν ἀρχόντων ἐπὶ τὴν θύραν, ἀνέπεμψεν (1). Ὀργισθεὶς δὲ τούτῳ Κλεώνυμος, πάλιν εἰς τὴν ὑστεραίαν Διοκλεῖ καλέσαι

(1) Ita Cod. ἀνέπεμψεν, at inferius ἀπέπεμψεν.

familiari nostra attrita, nihil ille nobis deesse passus est, sed domi suæ exceptos educavit, et ab impetu creditorum bona nostra protexit: curam denique rerum nostrarum non secus ac suarum gessit. Atqui oportet Cleonymi mentem ex his operibus potius cognoscere quam ex tabulis: et indiciis uti non iis quæ ille iratus edidit (quo in statu mentis omnes peccare solemus) sed iis quibus post illud tempus sententiam suam declaravit.

VII. Namque Cleonymus multo magis in postremis significavit, quomodo erga nos esset adfectus. Quum enim ex eo morbo decumberet, quo extinctus est, cogitavit de illis tabulis antiquandis: iussitque a Posidippo magistratum arcessiri. Ille autem non modo non arcessivit, sed eum qui venerat de magistratibus ad ægroti fores, exclusit. Quod moleste ferens Cleonymus, rursus in crastinum imperavit Diocli ut

τοὺς ἄρχοντας προσέταξε. Καὶ, οὐχ οὕτως ὡς ἀσθενῶν διακείμενος, ἀλλ' ἔτι πολλῶν οὐσῶν ἐλπίδων, ἐξαπίνης τῆς νυκτὸς ταύτης ἐτελεύτησε.

VIII. Πρῶτον μὲν οὖν ὑμῖν παρέξομαι μάρτυρας, ὡς οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ἀλλὰ Δεινίᾳ πολεμῶν, ταύτας τὰς διαθήκας διέθετο. Ἔπειτα ὡς, ἐκείνου τελευτήσαντος, ἐπεμελεῖτό τε τῶν ἡμετέρων ἁπάντων, καὶ αὐτὸς ἐπαίδευεν εἰς τὴν οἰκίαν ἑαυτοῦ κομισάμενος. Πρὸς δὲ τούτοις, ὡς Ποσείδιππον ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν ἀστυνόμον· οὗτος δ' οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ εἰσεκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἐλθόντα ἐπὶ τὴν θύραν Ἀρχωνίδην ἀπέπεμψεν (1). Ὡς οὖν ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας. ΜΑΡΤΥΡΕΣ. Ἔτι τοίνυν (2) ὡς οἱ τούτων φίλοι καὶ Κηφίσανδρος ἠξίουν νείμασθαι τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ τρίτον μέρος ἡμᾶς ἔχειν ἁπάντων τῶν Κλεωνύμου. Καὶ τούτων μοι κάλει μάρτυρας. ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

IX. Ἡγοῦμαι μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες, πᾶσι τοῖς τὸν κλῆρον ἀμφισβητοῦσιν, ὅταν

(1) Cod. Ἀρχονίδην ἀπεκέμψει.

magistratum advocaret. Nimirum ita se gessit, quia se in extremis versari non putabat, sed multam vitæ spem retinebat: cum ecce eadem nocte repente animam efflavit.

VIII. In primis igitur vobis testes sistam, quod nihil de nobis querens, sed propter suam simultatem cum Dinia, eas tabulas scripsit Cleonymus. Deinde quod, Dinia mortuo, ille nostra omnia curare cœpit, nosque instituendos curavit domi suæ receptos. Præterea quod Posidippum ad ædilem allegavit: quem ille non modo non vocavit, verum etiam Archonidem, qui ad fores venerat, repulit. Quod igitur vera dicam, testes voca. TESTES. Ad hæc Adversariorum amici, inter quos Cephisander, censuerunt hereditatem dividendam, tertiamque partem bonorum Cleonymi a nobis esse cernendam: cuius item rei mihi testes voca. TESTES.

IX. Age vero opinor, o Viri, quicumque de hereditate causam dicunt, postquam se

(2) Cod. τοῦτων.

ἀποφήνωσι σφᾶς αὐτοὺς, ὥσπερ ἡμεῖς, καὶ τῷ γένει προτέρους ὄντας, καὶ τῇ φιλίᾳ τῇ πρὸς τὸν τετελευτηκότα, περίεργον εἶναι τοὺς ἄλλους λόγους λέγειν. Ἐπειδὴ δὲ τούτων οὐδέτερον ἔχοντες, οὕτω τολμῶσι τῶν οὐ προσηκόντων ἀμφισβητεῖν, καὶ ψευδεῖς παρασκευάζονται λόγους, βούλομαι βραχέα καὶ περὶ τούτων αὐτῶν εἰπεῖν. Ἰσχυρίζονται γὰρ ταῖς διαθήκαις λέγοντες, ὡς Κλεώνυμος μετεπέμπετο τὴν ἀρχὴν, οὐ λῦσαι βουλόμενος αὐτὰς, ἀλλ' ἐπανορθῶσαι καὶ βεβαιῶσαι σφίσιν αὐτοῖς τὴν δωρεάν. Ὑμεῖς δὲ σκοπεῖσθε (1) τὰς διαθήκας τὰς μετ' ὀργῆς γενομένας πότερα εἰκός ἐστι βουληθῆναι Κλεώνυμον ἀνελεῖν, ἐπειδὴ πρὸς ἡμᾶς οἰκείως ἔσχεν, ἢ σκοπεῖν ὅπως ἔτι βεβαιότερον ἡμᾶς ἀποστερήσειε τῶν αὐτοῦ. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις κἀκείνων, ὧν ἂν ὀργισθέντες τοὺς οἰκείους ἀδικήσωσιν, ὕστερον μεταμέλει. οὗτοι δὲ ἐκεῖνον ἀποφαίνουσιν ἐν ᾧ πρὸς ἡμᾶς οἰκειότατα διέκειτο, μᾶλλον βεβαιοῦν τὴν

(1) Ita Cod. σκοπεῖσθε, at inferius σκοπεῖτε.

ipsos, ut nos fecimus, demonstraverint et genere priores et benevolentia erga vita functum, inutile esse prolixiorem sermonem addere. Sed quoniam Adversarii, etsi neutrum horum pro se facere sentiunt, audent nihilominus pro iis bonis iudicio contendere, quæ nihil ad illos adtinent, fallacesque orationes instruunt; volo et eorum argumentis breviter respondere. Tuentur quippe testamentum dicentes, Cleonymum advocasse magistratum, non illud rescindendi causa sed emendandi donumque ipsis confirmandi. Iamvero vos iudicate, tabulas quas ira impulsus scripsisset, utrum probabilius sit voluisse abrogare Cleonymum, postquam is nobis familiarissimus erat, an potius curasse ut suis bonis firmius nos privaret. Et reliquos quidem homines, siquid amicos irati læserunt, pœnitere deinceps solet; Adversarii autem contendunt, Cleonymum, quo tempore erga nos benevolentissimum gerebat animum, voluisse

διαθήκην βουλόμενον, ἣν ὀργιζόμενος ἐποιήσατο.

X. Ὥστ' εἰ καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσομεν ταῦτα, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ πιστεύσοιτε, ἐνθυμεῖσθε, ὅτι παράνοιαν οὗτοι τὴν μεγίστην αὐτοῦ κατηγοροῦσι. Τίς γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης μανία μείζων, ἢ τότε μὲν, ὅτε Δεινίᾳ διάφορος ὢν (1) ἔτυχεν, ἡμᾶς κακῶς ποιεῖν τε, καὶ διατίθεσθαι τοιαύτας διαθήκας, ἐξ ὧν οὐκ ἐκεῖνον ἐτιμωρεῖτο, ἀλλὰ τοὺς οἰκειοτάτους ἠδίκει· νυνὶ δὲ χρώμενος ἡμῖν, καὶ περὶ πλείστου ποιούμενος ἁπάντων, μόνους ἐβουλήθη τοὺς ἀδελφιδοὺς, ὡς οὗτοι φασὶν, ἀκλήρους ποιῆσαι τῶν ἑαυτοῦ; Καὶ τίς ἂν εὐφρονῶν, ὦ ἄνδρες, τοιαῦτα περὶ τῶν αὐτοῦ βουλεύσαιτο; Ὥστ' ἐκ τούτων τῶν λόγων ῥαδίαν ὑμῖν τὴν διάγνωσιν πεποιήκασι περὶ αὐτῶν. Εἰ μὲν γὰρ ἀνελεῖν τὰς διαθήκας βουλόμενος μετεπέμπετο τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ ἡμεῖς φαμὲν, οὐδεὶς ἔνεστι τοιούτοις λόγος· εἰ δ' οὕτως παραφρονῶν

(1) Cod. ἦν.

vehementius confirmare tabulas, quas iratus olim confecisset.

X. Atqui si id nos fateamur, vosque ipsi credatis, reputate quæso cum animis vestris, Cleonymum ab Adversariis maximæ insaniæ insimulari. Nam quæ maior vesania esse potest, quam Cleonymum, cum inimicitias fovebat adversus Diniam, et in nos hostiliter egisse, et eiusmodi testamentum fecisse, quo non illum puniebat, sed sanguine coniunctissimos iniuriâ adficiebat: novissime vero, licet is et consuetudine nostra uteretur, nosque omnibus præponeret, solos inquam et ex fratre Nepotes voluisse, ut isti aiunt, exheredare? Quis, rogo, o Viri, mentis compos de coniunctissimis suis ita decerneret? Quapropter Adversarii hisce sermonibus faciliorem immo causæ cognitionem vobis effecerunt. Nam sive Cleonymus eo nomine magistratum arcessivit, quod, ut nos inquimus, delere tabulas vellet; Adversarii quidem nihil amplius habent quod dicant: sive ita vecors fuit, ut nos

ἔτυχεν, ὥσθ' ἡμᾶς περὶ ἐλαχίστου ποιεῖν τοὺς γένει πρωτεύοντας, καὶ χρωμένους αὐτῷ πάντων οἰκειότατα, δικαίως ἂν δήπου τὰς τοιαύτας διαθήκας ἀκύρους ποιήσητε.

XI. Ἔτι τοίνυν ἐνθυμεῖσθε, ὅτι φάσκοντες καλεῖν τὴν ἀρχὴν τὸν Κλεώνυμον, ἵνα βεβαιώσῃ τὴν αὐτῶν δωρεὰν, προσταχθὲν αὐτοῖς, οὐκ ἐτόλμησαν εἰσαγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐλθόντα τῶν ἀρχόντων ἐπὶ τὴν θύραν, ἀπέπεμψαν. Καὶ δυοῖν τοῖν ἐναντιοτάτοιν θάτερον μέλλοντες, ἢ τὴν οὐσίαν ἕξειν βεβαιωτέραν (1),

Pars nova Orationis.

» ἢ ἐκείνῳ, μὴ ποιήσαντες, ἀπεχθήσε- » σθαι, τὴν ἀπέχθειαν εἵλοντο μᾶλλον » ταύτης τῆς δωρεᾶς. Καίτοι πῶς ἂν » ἕτερα τούτων γένοιτο ἀπιστότερα; τοὺς » μὲν τηλικαῦτα μέλλοντας ἐκ τοῦ πράγ- » ματος κερδαίνειν, ὥσπερ ζημιωθησομένους,

(1) Orationum Isæi prima ordine est *de hereditate Cleonymi*, secunda *de Meneclis* item *hereditate*, ut e codicibus Ambrosiano et Mediceo patet. Iamvero Aldus, qui primus Isæum edidit, codice mutilo quum uteretur, ab hoc loco primæ

in perpetuum nihili ducendos existimaverit, qui tamen et genere priores eramus et summo usu cum illo coniuncti; vos ipsi iure videlicet meritoque has tabulas rescinderetis.

XI. Præterea cogitate, quod etsi Adversarii dicunt, Cleonymum implorasse magistratum, ut illis donata firmaret; non sunt ausi tamen ædilem adducere, quamquam id ipsis esset imperatum: immo eum, qui venerat, a foribus prohibuerunt: quumque alterutrum maxime contrarium esset eventurum, ut nimirum aut facultates firmiore iure haberent, aut Cleonymi, si minus mandata facerent, in offensionem incurrerent; illum lædere, quam donum ab eodem percipere maluerunt. Atqui nihil his incredibilius esse potest: eos videlicet qui arcessito magistratu tantum lucrum essent acquisituri, quasi damnum metuerent, a

---

Orationis ad sequentis clausulam transilivit. Quum tamen sententiam hiare videret, lacunam spatio interposito indicavit. Aldum autem reliqui ante nos Editores imitati sunt.

» φυλάξασθαι τὴν διακονίαν· Κλεώνυμον
» δ' ὑπὲρ τῆς τούτων ὠφελειας τοσαύ-
» την ποιήσασθαι σπουδὴν, ὥστε Πο-
» σειδίππῳ μὲν, ὅτι κατημέλησεν, ὀργισ-
» θῆναι, Διοκλέους δὲ ταῦτα πάλιν εἰς
» τὴν ὑστεραίαν δεηθῆναι;

XII. » Εἰ γὰρ δὴ, ὦ ἄνδρες, ὡς οὗτοι φα-
» σὶν, ἐν ταῖς νῦν γεγραμμέναις διαθήκαις
» ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν οὐσίαν, καὶ τοῦτ' ἄξιον
» εἶναι μοι δοκεῖ θαυμάζειν, ὅτί ποτε ἐπανορ-
» θώσας, κυριοτέρας αὐτὰς ἡγοῖτ' ἂν ποιῆ-
» σαι. Τοῖς γὰρ ἄλλοις οὗτος ὅρος ἐστὶν, ὦ
» ἄνδρες, τῶν δωρεῶν. Ἔτι δὲ καὶ εἴ τι προσ-
» γράψαι τούτοις ἐβούλετο (1), διὰ τί οὐκ
» ἐν ἑτέρῳ γράψας αὐτὰ γραμματείῳ, κα-
» τέλιπεν, ἐπειδὴ τὰ γράμματα παρὰ τῶν
» ἀρχόντων οὐκ ἐδυνήθη λαβεῖν; Ἀνελεῖν
» μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες, οὐχ οἷός τ' ἦν ἄλλο
» γραμματεῖον, ἢ τὸ παρὰ τῇ ἀρχῇ κείμε-
» νον· γράψαι δ' ἐξῆν εἰς ἕτερον εἴ τι ἐβού-
» λετο, καὶ μηδὲ τοῦθ' ἡμῖν ἀμφισβητήσι-
» μον ἐᾷν.

(1) Cod. ἐβάλετο.

mandati exsecutione abstinuisse; Cleonymum autem horum utilitatis tantam curam gessisse, ut et Posidippo, qui mandatum neglexisset, irasceretur, et Dioclem, ut in crastinum vocaret magistratum, rogaret.

XII. Quod si, o Viri, testamento illis legaverat Cleonymus facultates, ut ipsi aiunt; mirum mihi videtur, quod emendando, firmius illud se effecturum existimaverit. Reliqui enim homines cum testamentum scripserunt, finem donandi fecisse putant. Quod si addere aliquid iam scriptis voluit, cur codicillos non condidit? quoniam ipsum testamenti exemplar a magistratibus auferre non potuerat. Et abolere quidem nonnisi eam scripturam poterat, quam apud magistratus deposuerat; licebat tamen eidem aliam condere, si collibuisset, omnemque nobis in posterum controversiam de medio tollere.

XIII. » Εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο συγχωρήσαι-
» μεν, ὡς ἐκεῖνος ἐπανορθῶσαι τὰς διαθήκας
» ἐβούλετο, πᾶσι δήπου φανερὸν ὑμῖν ἐστὶν,
» ὅτι οὐκ ὀρθῶς αὐτὰς ἔχειν ἡγεῖτο. Καίτοι
» σκοπεῖτε καὶ ἐντεῦθεν τὴν (1) ἀναισχυν-
» τίαν αὐτῶν, οἵτινες ταύτας τὰς διαθή-
» κας ἀξιοῦσιν εἶναι κυρίας, ἃς ὁμολογοῦσι
» μηδ' αὐτὸν τὸν διαθέμενον, ὀρθῶς (2) ἔχειν
» ἡγεῖσθαι· καὶ πείθουσιν ὑμᾶς ἐναντία καὶ
» τοῖς νόμοις, καὶ τῷ δικαίῳ, καὶ τῇ τοῦ
» τετελευτηκότος γνώμῃ ψηφίσασθαι.

XIV. » Ἔτι τοίνυν τούτων ἁπάντων
» ἀναιδέστατος τῶν λόγων ἐστὶν, ὅτ' ἂν
» τολμῶσι λέγειν, ὡς Κλεώνυμος οὐδὲν
» ἡμᾶς τῶν αὐτοῦ λαβεῖν ἐβούλετο. Καί-
» τοι, ὦ ἄνδρες, τίνας ἂν ἄλλους ταῦτα
» ἔχειν ἐβουλήθη, ἢ τούτους, οὓς καὶ
» τῶν ἐκ τῶν αὐτοῦ πλεῖστα τῶν οἰκείων
» ὠφέλει; Πάντων δ' ἂν εἴη θαυμα-
» σιώτατον, εἰ Κηφίσανδρος μὲν, ὁ τού-
» των οἰκεῖος, δίκαιον ἡγεῖτο εἶναι, μέρος
» ἕκαστον ἡμῶν ἔχειν τῆς οὐσίας· Κλεώνυμος

(1) Cod. καὶ τήν.

XIII. Nunc si nos forte concedamus, voluisse Cleonymum tabulas emendare, iam certe omnibus patet, se eas recte fecisse non esse arbitratum. Atque ex hoc etiam Adversariorum impudentiam discite, qui illud testamentum ratum esse confirmant, quod ipsum testatorem fatentur non bene a se conditum iudicasse: vobisque suadent, ut contra leges et æquitatem et ipsius defuncti voluntatem sententiam feratis.

XIV. Ille vero est omnium impudentissimus sermo cum dicere audent, Cleonymum nihil suarum facultatum a nobis percipi voluisse. Atqui, o viri, quosnam alios eas habere maluisset quam nos? quos et præ omnibus necessariis re familiari sua vivens iuvabat. Multo autem mirabilissimum esset, si quum Cephisander, Adversariorum nostrorum cognatus, æquum censeat, nos quoque in partem hereditatis vocari; Cleonymus

(a) Cod. ταῦτα ὀρθῶς.

» δ' ὃς ἦν ἡμῖν οἰκειότερος, καὶ ἡμᾶς
» εἰς τὴν οἰκειότητα ἑαυτοῦ λαβὼν ἐθε-
» ράπευε, καὶ ἐπεμελεῖτο τῶν ἡμετέρων
» ὥσπερ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων, οὗτος
» μόνος ἐβούλετο ἡμᾶς ἀκλήρους εἶναι
» τῶν αὐτοῦ. Καὶ τίς ἂν ὑμῶν πιστεύ-
» σειεν, εὐνουστέρους καὶ μετριωτέρους
» τοὺς ἀντιδίκους ἡμῖν εἶναι τῶν οἰκειο-
» τάτων; Ἢ ἐκεῖνον μὲν, ᾧ καὶ ἀναγ-
» καῖον εὐποιεῖν ἡμᾶς, καὶ αἰσχρὸν ἡμῶν
» ἀμελῆσαι, μηδὲν τῶν αὐτοῦ δοῦναι ἡμῖν·
» τούτους δὲ οἷς οὔτ' ἀνάγκη ἐστὶν, οὔτ'
» αἰσχύνην οὐδεμίαν φέρει, τῶν οὐ προ-
» σηκόντων, ὥς φασὶν, ἡμῖν μεταδιδόναι;
» Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ ἄνδρες, πολλὴν
» ἀπιστίαν ἔχει.

XV. » Ἔπειτα, εἰ μὲν καὶ νῦν οὕτω
» πρὸς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἔχων ἐτελεύτη-
» σεν, ὥσπερ ὅτε τὰς διαθήκας ἐποιήσα-
» το, εἰκότως ἂν τις ὑμῶν πιστεύσῃ
» τοῖς λόγοις τοῖς τουτωνί. Νῦν δὲ πᾶν
» τοὐναντίον εὑρήσετε. Τότε μὲν γὰρ ἔτυ-
» χε Δεινίας, ὃς ἡμᾶς ἐπετρόπευε,

contra nobis adfinitate longe coniunctior, quique nos in familiaritatem suam receptos educavit, resque nostras non secus ac suas cordi habuit; is, inquam, unus nos ab hereditate depellere voluisset. Iam quis vestrum sibi persuadeat, Adversarios benevolentiores esse et moderatiores erga nos quam hominem coniunctissimum? Aut eum quidem, cui plane necessarium erat nobis benefacere et turpe negligere, nihil suarum facultatum nobis dedisse: hos vero, quibus nulla necessitas benefaciendi est, neque ulla ex neglectu ignominia imminet; nobiscum ea bona communicare, quæ ad nos prorsus non adtinent? Hæc inquam, o Viri, a fide vehementer abhorrent.

XV. Præterea, si cum Cleonymus obiit, eo adhuc animo erga nos et Adversarios nostros fuisset, quem gessit cum testamentum scribebat; æquum foret, vos sermonibus Adversariorum fidem adiungere. Nunc autem plane contrarium deprehendetis. Olim quippe nobis tutor erat Dinias, invisus

» διάφορος ὢν, ἡμῖν τε οὔπω (1) χρώ-
» μενος, τούτοις τε ἅπασιν ἐπιτηδείως
» διακείμενος· νῦν δὲ τούτων μέν τισι
» διάφορος ἐγένετο, ἡμῖν δὲ πάντων
» ἐχρῆτο οἰκειότατα. Καὶ ἐξ ὧν μὲν
» αὐτῷ πρὸς τούτοις ἐγένετο ἡ διαφορὰ,
» περίεργον ἐστὶ λέγειν. Σημεῖα δ' ὑμῖν
» ἐρῶ μεγάλα. Πρῶτον μὲν γὰρ θύων
» τῷ Διονύσῳ, καὶ τοὺς οἰκείους ἅπαν-
» τας καλέσας, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν
» πολλοὺς, Φερένικον οὐδαμοῦ παρεστή-
» σατο. Ἔπειτα μικρὸν πρὶν τελευτῆσαι
» βαδίζων εἰς Πάνορμον (2) μετὰ Σίμω-
» νος, καὶ συντυχὼν αὐτῷ, προσειπεῖν
» οὐκ ἐτόλμησε. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις
» πυνθανομένου τὴν διαφορὰν τοῦ Σίμω-
» νος, τήν τ' ἔχθραν διηγήσατο, καὶ προ-
» σηπείλησε ὅτι δηλώσοι ποτ' ἂν τούτῳ,
» ὡς διακεῖται πρὸς αὐτὸν. Καὶ ὡς
» ἀληθῆ λέγω, κάλει μάρτυρας. ΜΑΡ-
» ΤΥΡΕΣ.

---

(1) Cod. οὔτω.

Cleonymo qui necdum consuetudine nostra utebatur et his omnibus Adversariis nostris erat familiaris. Postea vero et horum nonnullis factus est inimicus Cleonymus, et nobis familiarissimus esse cœpit. Et qua quidem de causa Cleonymi animus ab Adversariis nostris aversus sit, otiosum est dicere: rei tamen ipsius magna indicia exhibebo. Nam primum quum Baccho sacrum faceret Cleonymus, omnesque necessarios, multosque e civibus advocasset, Pherenicum prorsus non invitavit. Rursus paulo ante obitum quum Panormum iret Simone comite, occurrissetque forte eidem Pherenico, non tulit eum salutare. Præterea quum de ea simultate sciscitaretur Cleonymum Simon, ille et odium aperte fassus est, et minatus etiam se, quo animo in Pherenicum esset, ostensurum. Ut autem constet me vera dicere, testes voca. TESTES.

---

(a) Panormus portus Atticæ a Ptolemæo in Tabulis (Edit. Amst. *Eur.* X. *D. g.*) memoratus.

XVI. » Οἴεσθε οὖν, ὦ ἄνδρες, τὸν
» οὑτωσὶ πρὸς ἑκατέρους ἡμῶν διακεί-
» μενον, ἡμῖν μὲν οἷς οἰκειότατα ἐχρῆτο,
» οὕτως ποιεῖν, ὅπως μηδὲ λόγον ὑπολεί-
» ψει· τούτοις δὲ, ὧν τισι καὶ διάφο-
» ρος, σκοπεῖν ὅπως ἅπασαν βεβαιώσῃ τὴν
» οὐσίαν; καὶ τούτους μὲν περὶ πλεί-
» νος ποιεῖσθαι, ταύτης ὑπούσης τῆς
» ἔχθρας· ἡμᾶς δὲ, τοσαύτης οἰκειότητος
» καὶ φιλίας γινομένης, πειρᾶσθαι μᾶλλον
» κακῶς ποιεῖν; Ἀλλ' ἐγώ γε, εἰ κατη-
» γορεῖν ἐβούλοντο τῶν διαθηκῶν ἢ τοῦ
» τετελευτηκότος, οὐκ οἶδ' ὅ τι ἂν ἄλλο
» πρὸς ὑμᾶς εἶπον, οἵ τε τὰς μὲν
» διαθήκας ἀποφαίνουσιν οὔτ' ὀρθῶς ἐχού-
» σας οὔτ' ἀρεσκούσας τῷ διαθεμένῳ· τοῦ
» δὲ τοσαύτην τὴν μανίαν κατηγοροῦσιν,
» ὥστε φασὶν αὐτὸν περὶ πλείονος ποιεῖ-
» σθαι τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, ἢ τοὺς
» οἰκείως χρωμένους· καὶ οἷς μὲν ζῶν οὐ
» διελέγετο ἅπασαν δοῦναι τὴν οὐσίαν,
» τοὺς δὲ οἰκειότητος κεκτημένους, οὐδὲ
» πολλοστοῦ μέρους ἀξιῶσαι. Ὥστε τίς

XVI. Postquam igitur cognovistis, o Viri, quomodo erga nos Adversariosque nostros adfectus fuerit Cleonymus; putabitis, inquam, eum adversus nos, quibuscum amicissime versabatur, ita se gessisse, ut ne appellaret quidem in tabulis; his autem, quorum nonnullis erat infensus, magnopere curasse ut universam hereditatem adsereret? eosdemque, hac simultate intercedente, plurimi fecisse; nos vero, quibuscum erat ei tanta necessitudo et benevolentia, maluisse pro viribus damno adficere? Sane si isti vellent aut tabulas aut mortuum vituperare, haud scio quidnam aliud apud vos essent dicturi: quum videlicet et tabulas haud recte confectas significent, et ipsi testatori non probatas; eumdem vero tam furiosum declarent, ut ab eo inimicos pluris factos adfirment quam familiares: et iis quos vivens non alloquebatur, facultates ab eodem esse legatas; consuetudine autem devinctis ne partem quidem aliquantam fuisse

» ἂν ὑμῶν ταύτας κυρίας εἶναι ψηφίσαιτο
» τὰς διαθήκας, ἃς ὁ μὲν διαθέμενος,
» ὡς οὐκ ὀρθῶς ἐχούσας ἀπεδοκίμασεν,
» οὗτοι δ' ἔργῳ λύουσιν ἐθέλοντες ἡμῖν
» ἰσομοιρῆσαι τῆς οὐσίας;

XVII. » Πρὸς δὲ τούτοις, ἡμεῖς ὑμῖν ἀπο-
» φαίνομεν ἐναντίας οὖσας καὶ τῷ νόμῳ καὶ
» τοῖς δικαίοις καὶ τῇ τοῦ τελευτηκότος δια-
» νοίᾳ. Οἶμαι δ' ὑμᾶς τὸ περὶ ἡμᾶς δίκαιον
» σαφέστατ' ἂν παρ' αὐτῶν τούτων πυνθά-
» νεσθαι. Εἰ γάρ τις αὐτοὺς ἔροιτο, διὰ τί
» ἀξιοῦσι κληρονόμοι γενέσθαι τῶν Κλεω-
» νύμου, τοῦτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν, ὅτι καὶ γέ-
» νει ποθὲν προσήκουσι, καὶ ἐκεῖνος αὐτοῖς
» χρόνον τινὰ ἐπιτηδείως διέκειτο. Οὐκ ἂν
» ἄρα ὑπὲρ ἡμῶν μᾶλλον, ἢ ὑπὲρ σφῶν
» αὐτῶν εἶεν εἰρηκότες; Εἴ τε γὰρ διὰ
» τὴν τοῦ γένους ἀγχιστείαν δεῖ γενέσθαι
» τινὰς κληρονόμους, ἡμεῖς ἐγγυτέρω
» γένει προσήκομεν· εἴ τε διὰ τὴν φι-
» λίαν τὴν ὑπάρχουσαν, ἴσασιν αὐτὸν
» ἅπαντες ἡμῖν οἰκειότερον διακείμενον.
» Ὥστ' οὐ χρὴ παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ

donatam. Quare quis vestrum eas tabulas esse ratas decernat, quas testator ipse ut inique factas improbavit; Adversarii autem reapse abrogant, cum a nobis quoque æquam portionem hereditatis percipiendam censent.

XVII. Præter hactenus dicta, vobis etiam demonstrare nos possumus hasce tabulas et legibus et æquitati et ipsius testantis menti adversari. Existimo autem, ius nostrum vos ab ipsis Adversariis evidentissime posse cognoscere. Nam si-quis eos roget, cur sibi Cleonymi hereditatem vindicent; utique respondeant, quod et genere illum aliquantum adtingant, et idem eos ad tempus aliquod benevolentia complexus sit. Iamvero utrum pro se an potius pro nobis hæc dixerint? Nam sive propter generis adfinitatem oportet fieri heredem; nos sanguine propinquiores sumus: sive propter adfectum; omnibus prorsus exploratum est, Cleonymum nemini vehementius quam nobis studuisse. Quare non ex nobis sed ex Adversariis

» παρ' αὐτῶν τούτων πυνθάνεσθαι τὸ δίκαιον.
» Πάντων δ' ἂν εἴη δεινότατον, εἰ τοῖς μὲν ἄλ-
» λοις ψηφίζοισθε, ὅτ' ἂν θάτερα (1) τούτων
» ἀποφήνωσι σφᾶς αὐτοὺς, ἢ γένει προτέ-
» ρους ὄντας, ἢ τῇ φιλίᾳ τῇ πρὸς τετελευ-
» τηκότα· ἡμᾶς δ' οἷς ἐστιν ἀμφότερα ταῦτα
» παρὰ πάντων ὁμολογούμενα, ἀξιώσετε
» μόνους ἀκλήρους ποιῆσαι τῶν ἐκείνου.

XVIII. » Καὶ εἰ μὲν Πολύαρχος (2), ὁ πατὴρ
» ὁ Κλεωνύμου, πάππος δ' ἡμέτερος, ζῶν ἐτύγ-
» χανε, καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐνδεὴς ὢν· ἢ Κλεώ-
» νυμος ἐτελεύτησεν, θυγατέρας ἀπορουμένας
» καταλιπὼν, ἡμεῖς ἂν, διὰ τὴν ἀγχιστείαν,
» καὶ τὸν πάππον γηροτροφεῖν ἠναγκάζομεν,
» καὶ τὰς Κλεωνύμου θυγατέρας, ἢ λαβεῖν
» αυτοὶ γυναῖκας, ἢ προῖκα ἐπιδιδόντες, ἑτέ-
» ροις ἐκδιδόναι (3). Καὶ ταῦθ' ἡμᾶς καὶ ἡ συγ-
» γένεια καὶ οἱ νόμοι καὶ ἡ παρ' ἡμῶν αἰσ-
» χύνη ποιεῖν ἠνάγκαζε ἂν, ἢ ταῖς με-
» γίσταις ζημίαις καὶ τοῖς ἐσχάτοις ὀνείδεσι

(1) Cod. θέατρα.

(2) Cod. Ναύαρχος.

(3) Consonat Terentius in *Phormione* 2. 1. 65. etc.

ius huius hereditatis adeundæ discendum est. Iniquissimum autem esset, si quum ceteroqui pro iis suffragia ferre soleatis qui alterutrum ostenderint, se nimirum aut genere aut benevolentia priores fuisse apud mortuum; nos, quibus utrumque manifesto adest, solos indignos hereditate Cleonymi iudicaretis.

XVIII. Quod si forte Polyarchus pater Cleonymi, avus noster, adhuc viveret, et necessariis ad victum careret; aut si Cleonymus obiisset, relictis filiabus pauperibus; nobis profecto, propter propinquitatem, tum avi senectam alere necesse foret, tum Cleonymi filias aut in matrimonium recipere, aut dotatas aliis collocare. Atque ita nos agere cum propinquitas et leges, tum etiam naturâ insitus pudor cogeret: secus enim et grandi multæ et summo dedecori

. . . . . . . *Verum si cognata est maxume,*
*Non fuit necesse habere : sed, id quod lex iubet*
*Dotem daretis : quæreret alium virum.*

» περιπεσεῖν. Εἰ δ' οὐσία κατελείφθη, » δίκαιον ἡγήσεσθ' ἂν εἶναι ταύτης ἑτέρους » ἡμῶν μᾶλλον κληρονομεῖν; Οὐκ ἄρα δί- » καια, οὐδ' ὑμῖν αὐτοῖς συμφέροντα, οὐδὲ » τοῖς νόμοις ὁμολογούμενα ψηφιεῖσθε· εἰ » τῶν μὲν συμφορῶν τοὺς ἐγγυτάτω γένει » κοινωνεῖν ἀναγκάσετε, χρημάτων δὲ κα- » ταλειφθέντων πάντας ἀνθρώπους κυ- » ρίους (1) ἢ τούτους ποιήσετε.

XIX. » Χρὴ δὲ, ὦ ἄνδρες καὶ διὰ τὴν » συγγένειαν, καὶ διὰ τὴν τοῦ πράγματος » ἀλήθειαν, ὅπερ ποιεῖτε (2), ταῖς κατὰ » γένος ψηφίζεσθαι μᾶλλον, ἢ ταῖς κατὰ » διαθήκην ἀμφισβητοῦσι. Τὴν μὲν γὰρ τοῦ » γένους οἰκειότητα πάντες ἐπιστάμενοι » τυγχάνετε, καὶ οὐχ οἷόν τέ ἐστι τοῦτο » πρὸς ὑμᾶς ψεύσασθαι· διαθήκας δ' ἤδη » πολλοὶ ψευδεῖς ἀπέφηναν· καὶ οἱ μὲν τὸ » παράπαν οὐ γενομένας, ἐνίων δ' οὐκ » ὀρθῶς βεβουλευμένων. Καὶ νῦν ὑμεῖς » τὴν μὲν συγγένειαν καὶ τὴν οἰκειότητα

---

(1) Cod. κύρια.

fieremus obnoxii. Nunc contra si hereditas relicta sit, æquum iudicabitis, hanc ad alios potius devenire? Næ vos sive recta, sive vobis ipsis convenientia, sive legibus consentanea non decerneretis: si nimirum proximos genere participes incommodorum esse cogeretis; bonorum autem relictorum quosvis potius, quam hos, dominos faceretis.

XIX. Ac sane oportet, o Viri, et propter generis prærogativam et propter rei ipsius veritatem, ut reapse soletis, consanguineis potius, quam in tabularum iure nitentibus vos suffragia tribuere. Nam generis quidem necessitudo omnibus explorata est, neque eadem apud vos confingi potest: tabulas contra multi falsas protulerunt, et quidem interdum omnino nullas, interdum vero quorumdam qui non bene sua consilia agitaverunt. Atqui adfinitatem quidem et necessitudinem, pro

(a) Cod. ποιεῖται.

» τὴν ἡμετέραν, οἷς ἡμεῖς ἀγωνιζόμεθα,
» ἅπαντες ἐπίστασθε· τὰς δὲ διαθήκας,
» αἷς οὗτοι πιστεύοντες ἡμᾶς συκοφαντοῦσιν,
» οὐδεὶς ὑμῶν οἶδε κυρίας γενομένας. Ἔπειτα
» τὴν μὲν ἡμετέραν συγγένειαν εὑρήσετε
» καὶ παρ' αὐτῶν τῶν ἀντιδίκων ὁμολογου-
» μένην, τὰς δὲ διαθήκας ὑφ' ἡμῶν ἀμφισ-
» βητουμένας. Οὗτοι γὰρ τὸ ἀνελεῖν αὐτὰς,
» ἐκείνου βουλομένου, διεκώλυσαν· Ὥσθ'
» ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, πολὺ κάλλιον ἐστὶ ψη-
» φίσασθαι κατὰ γένος τὸ παρ' ἀμφοτέρων
» ἡμῶν ὁμολογούμενον μᾶλλον, ἢ κατὰ τὰς
» διαθήκας τὰς οὐ δικαίως γεγενημένας.
» Πρὸς δὲ τούτοις ἐνθυμήθητε, ὅτι αὐτὰς
» ἔλυσε μὲν Κλεώνυμος εὐφρονῶν, διέθετο
» δὲ ὀργισθεὶς καὶ οὐκ ὀρθῶς βεβουλευμέ-
» νος· ὥστε πάντων ἂν εἴη δεινότατον, εἰ
» κυριωτέραν αὐτοῦ τὴν ὀργὴν ἢ τὴν διά-
» νοιαν ποιήσετε.

XX. » Οἶμαι δ' ὑμᾶς καὶ λαμβά-
» νειν παρὰ τούτων ἀξιοῦν (καὶ μὴ τυγ-
» χάνοντας ἀγανακτεῖν) οἷς ἂν ὑπάρ-
» χῃ καὶ παρ' ὑμῶν τῶν αὐτῶν τυχεῖν·

qua nos iudicio certamus, vos omnes scitis; tabulas autem quibus isti confisi negotium nobis facessunt, nemo vestrum ratas esse novit. Insuper nostram quidem adfinitatem etiam apud Adversarios in confesso esse deprehendetis; testamentum autem plane a nobis in controversiam vocari: quoniam isti Cleonymum abolere illud volentem impediverunt. Ut plane vobis, o Viri, multo honestius sit suffragium ferre pro genere de quo neutra pars ambigit, quam pro testamento non iuste confecto. Denique cogitate, Cleonymum quum placidus esset illud abrogasse, confecisse quum ira perturbaretur nec sapienter consilio uteretur: ut plane nefarium futurum sit, si magis ratam Cleonymi iram quam sanam eiusdem mentem habeatis.

XX. Puto insuper videri vobis æquum accipere (item vos ægre ferre si non accipiatis) ab iis, quibus quidem invicem contingere posset, ut aliquid a vobis consequerentur.

» Εἰ τοίνυν συνέβη Κλεωνύμῳ μὲν ζῆν, ἐξε-
» ρημωθῆναι δὲ τὸν ἡμέτερον οἶκον ἢ τὸν τού-
» των, σκέψασθε ποτέρων (1) ἐκεῖνος ἐγένετο
» κληρονόμος. Δίκαιον γάρ ἐστι, τούτους ἔχειν
» τὰ ἐκείνου, παρ' ὧν ὠφείλετο καὶ λαβεῖν
» αὐτῷ. Εἰ μὲν τοίνυν Φερένικος ἢ τὶς τῶν
» ἀδελφῶν ἐτελεύτησεν, οἱ παῖδες οἱ τού-
» των, οὐκ ἐκεῖνος ἐγίγνετο κύριος τῶν
» καταλειφθέντων. Ἡμῶν δὲ τοιαύτῃ τύχῃ
» χρησαμένων, Κλεώνυμος ἁπάντων ἐγίγνε-
» το κληρονόμος. Οὔτε γὰρ παῖδες ἡμῖν
» ἦσαν, οὔτ' ἄλλοι συγγενεῖς, ἀλλ' ἐκεῖνος
» γένει προσήκων ἐγγυτάτω, καὶ τῇ χρείᾳ
» πάντων οἰκειότατος· ὥστε διὰ ταῦτα καὶ
» οἱ νόμοι δεδώκασιν αὐτῷ, καὶ ἡμεῖς οὐ-
» δένα ἄλλον ἠξιώσαμεν ταύτης τῆς δωρεᾶς.
» Οὐ γὰρ δήπου ζῶντες μὲν οὕτως ἂν
» ἐνεχειρήσαμεν αὐτῷ τὴν αἰτίαν, ὥστε
» περὶ τῶν ἡμετέρων κυριωτέραν εἶναι τὴν
» ἐκείνου διάνοιαν τῆς ἡμετέρας αὐτῶν· ἀπο-
» θνήσκοντες δὲ ἄλλους κληρονόμους ἐβου-
» λήθημεν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τῶν πάντων

(1) Cod. πότερον.

Si igitur accidisset ut Cleonymus viveret, nostra autem aut Adversariorum domus dominis orbaretur; considerate utrorum Cleonymus heres fieret. Æquum enim est bona illius ad eos devenire, a quibus item bona ille esset consecuturus. Itaque si Pherenicus aut aliquis eius fratrum extinctus esset, filii utique eorum, non Cleonymus, relictæ rei dominium invasissent. Contra si nos ea fata obivissemus, Cleonymus ex asse heres fuisset. Neque enim nobis aut liberi sunt aut alii propinqui: ille autem genere proximus et usu præ omnibus familiaris: quare et leges hereditatem eidem adiudicassent: immo nos ipsi neminem alium eiusmodi largitate donandum censuissemus. Neque enim viventes quidem ita Cleonymo rei nostræ rationes tradidissemus, ut in negotiis agundis firmior eius esset sententia quam nostra; morientes autem alios heredes scribere maluissemus, quam omnium maxime

» οἰκειότατον. Ὥσθ' ἡμᾶς μὲν, ὦ Ἀθη-
» ναῖοι, καὶ ἐν τῷ δοῦναι καὶ ἐν τῷ λα-
» βεῖν οἰκείους ὄντας εὑρήσετε· τούτους
» δὲ νῦν μὲν ἀναισχυντοῦντας, καὶ τὴν
» οἰκειότητα καὶ τὴν ἀγχιστείαν λέγον-
» τας, ὅτι λήψεσθαί τι προσδοκῶσιν· ἐν
» δὲ τῷ δοῦναι, πολλοὺς ἂν καὶ συγ-
» γενεῖς καὶ φίλους ἐκείνου προείχοντο
» οἰκειοτέρους.

XXI. » Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων,
» ὦ πάντας ὑμᾶς δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν.
» Ὅσῳ γὰρ ἂν ταῦτα λέγοντες ἀποφήνωσι
» καὶ πειρῶνται πείθειν ὑμᾶς, ὡς ἐκεῖνος
» διέθετο ταύτας τὰς διαθήκας, καὶ οὐδὲ
» πώποτε αὐτῷ ὕστερον μετημέλησε, καὶ
» νῦν ἐβούλετο ἡμᾶς μὲν μηδὲν τῶν αὐτοῦ
» λαβεῖν, σφίσι δ' αὐτοῖς βεβαιῶσαι τὴν
» δωρεάν· καὶ ταῦτα πάντα λέγοντες καὶ
» διισχυριζόμενοι, μηδέτερον ἀποφήνωσι,
» μηδ' ὡς ἐγγυτέρω τῷ γένει προσήκουσι,
» μήθ' ὡς οἰκειότερον ἡμῶν πρὸς Κλεώνυμον
» διέκειντο· ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε, ὅτι ἐκείνου
» κατηγοροῦσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς δίκαιον ἐστὶ

necessarium. Quare nos, o Athenienses, et in dando et in accipiendo propinquitatis rationem sequi deprehendetis: Adversarios autem nunc impudenter jactare necessitudinem et adfinitatem, quia aliquid accipere expectant; quum, si dandum foret, multos omnino et adfines et amicos Cleonymo præponerent uti propinquiores.

XXI. Omnium quæ diximus caput est, cui et vos omnes mentem advertere necesse est. Scilicet quanto magis Adversarii adseverant vobisque suadere conantur, Cleonymum et has reapse tabulas condidisse; neque deinceps pœnitentia ulla fuisse captum, nullamque partem bonorum suorum voluisse nos adsequi, sed donationem ipsis confirmare studuisse; hæc inquam omnia cum dicunt et argumentis comprobant, et nihilo tamen magis ostendunt se Cleonymo vel genere propiores, quam nos, vel benevolentia familiariores; vos reputate, Cleonymum ab ipsis accusari,

» τὸ πρᾶγμα διδάσκουσιν ὑμᾶς. Ὥσθ᾽ ὑμεῖς
» ει (1) τοῖς τούτων λόγοις πιστεύητε, οὐ
» τούτους προσήκει ποιῆσαι τῶν ἐκείνου κλη-
» ρονόμους, ἀλλὰ παράνοιαν Κλεωνύμου (2)
» καταγινώσκειν. Ὅταν δὲ τοῖς ἡμετέροις,
» ἐκεῖνόν τε νομίζειν ὀρθῶς βεβουλεῦσθαι,
» λῦσαι τὰς διαθήκας βουλόμενον· ἡμᾶς τε
» μὴ συκοφαντεῖν, ἀλλὰ δικαίως τούτων
» ἀμφισβητεῖν. Ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, ἐνθυ-
» μεῖσθε, ὅτι οὐχ οἷον τε ὑμῖν ἐστι κατὰ
» τοὺς τούτων λόγους γνῶναι περὶ αὐτῶν.
» Πάντων γὰρ ἂν εἴη δεινότατον, εἰ τῶν
» ἀντιδίκων γινωσκόντων ἡμᾶς δίκαιον εἶναι
» τὸ μέρος αὐτῶν λαβεῖν, ἅπαντ᾽ αὐτοὺς
» ἔχειν ψηφίσεσθε· καὶ τούτους μὲν ἡγή-
» σεσθε χρῆναι πλείω λαβεῖν, ὧν αὐτοὶ
» σφᾶς αὐτοὺς ἠξίωσαν· ἡμᾶς δὲ μηδὲ τούτων
» ἀξιώσετε, ὧν οἱ ἀντίδικοι συγχωροῦσιν
» ἡμῖν.

---

(1) Εἰ abest a Codice.

non rei æquitatem vos edoceri. Ut si eorum orationi crederetis, non eis Cleonymi hereditatem decerni, sed Cleonymi vesaniam damnari a vobis oporteret. Secus, si nostræ orationi fidem adiungatis, sequitur ut illum existimetis recte deliberasse cum antiquare tabulas voluit; nos autem non calumniosam causam agere, sed iure hæc bona iudicio persequi. Ad extremum memineritis, o Viri, fieri non posse, ut suffragia pro Adversariis nostris feratis, si vel ipsorum orationi mentem advertatis. Multo enim iniquissimum esset, si quum Adversarii non detrectent hereditatem nobiscum communicare, vos illis universam adiudicaretis: et iisdem plura tribueretis quam ipsi sibi vindicant; nos autem ne ea quidem parte dignos censeretis, quam ultro Adversarii concedunt.

---

(2) Cod. Κλεώνυμον.

# ISAEI
# ORATIONIS
## DE MENECLIS HEREDITATE
## VARIAE LECTIONES
## EX CODICE AMBROSIANO

DEPERDITA *diu Isæi Oratio* de Meneclis hereditate *edita demum Londini est, ut monui in Præfatione (pag.* 8. *). Eadem porro cum paucis emendationibus et aliquot notis recusa est Gœttingæ anno* MDCCLXXXVIII. *(Biblioth. der alten Litteratur und Kunst Part.* 3. *p.* 1.). *Denique et vir perdoctus Io. Conradus Orellius hoc Isæi Scriptum cum perpetuis animadversionibus nuper adiunxit Orationi Isocratis* de Permutatione *Tiguri anno* MDCCCXIV. *Ego tres prædictas Editiones cum Ambrosiano Codice contuli, uberemque variarum lectionum segetem deprehendi, quam si publici iuris facerem, speravi me bene de futuris Isæi editoribus meriturum. Ad versus autem designandos utor Editione novissima Tigurina.*

| Cap. | v. | *Editio Tigurina anni* MDCCCXIV. | *Codex Ambrosianus.* |
|---|---|---|---|
| I. | 10. | Τῷ ποιησαμένω με καὶ ἐμαυτῷ | Τῷ ποιησαμένῳ καὶ εμαυτῷ |
| | 15. | Δέομαι δ' ὑμῶν | Δέομαι ὑμῶν |

| Cap. | v. | | |
|---|---|---|---|
| II. | 4 | Τέτταρες | Τέσσαρες |
| | 13. | Τήν τε φιλίαν τοῦ πατρὸς | Τήν τε φιλίαν τὴν τοῦ πατρὸς |
| | 15. | Εἰδότες, ὅτι ὁ πατὴρ οὐδενὶ ἂν ἔδωκεν ἥδιον | Εἰδότες οὐδενὶ ἂν ἥδιον ἔδωκεν |
| | 20. | Ὁ Μενεκλῆς | *Omittitur in Codice* |
| III. | 7 | Εἶχε Μενεκλῆς | Εἶχεν ὁ Μενεκλῆς |
| | 8. | Δευτέρῳ μηνὶ | Μηνὶ δευτέρῳ |
| | 12. | Ἀπολαῦσαι, ἄπαιδα καταστῆναι συγκαταγηράσασαν αὐτῷ· ἱκανὸς *etc.* | Ἀπολαῦσαι· ἱκανὸς, *omissis intermediis* |
| | 15. | Ἀπεβάλετο | Ἀπεβάλλετο |
| | 16. | Μισῶν τινα, ἱκετεύει αὐτῷ. | Μισῶν, ἱκετεύει αὐτὸν |
| | 21. | Ποιήσειν | Ποιῆσαι |
| | 23 | Σφητίῳ | Σφηττίῳ |
| | 27 | Παρ' ἐκεῖνον | Παρ' ἐκείνου |
| IV. | 9. | Εὕρισκεν | Εὑρίσκομεν |
| | 12. | Οὕτως αὐτῷ ἡ τύχη συνεβη | Οὕτως ἡ τύχη συνέβη |
| | 14. | Ὅθεν, φησὶ, καὶ παῖδας ἐβουλήθην | Ὅθεν καὶ φύσει παῖδας ἐβουλήθη |
| | 17. | Καὶ ὁ ἀδελφὸς ἀκούσας ταῦτα | Καὶ ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐμὸς ἀκούσας ταῦτα |
| | 21. | Θεραπεύσοντος | *Confirmat emendationem Codex Ambrosianus* |
| | 22. | Οὖν ἔφη συμβαίνειν | Οὖν συμβαίνειν |
| V. | 2. | Βούλομαι | Βούλεται, *deterius* |
| | | Τὸν νόμον ἀνάγνωθι | Τὸν νόμον αὐτὸν ἀνάγνωθι |

| Cap. | v. | | |
|---|---|---|---|
| V. | 3. | Τὰ ἑαυτοῦ | Τὰ αὐτοῦ |
| | 6. | Μόνην | Μόνον |
| | 10 | Τῶν νόμων αὐτῷ | Αὐτῷ τῶν νόμων |
| | 22. | Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ | Ἐν τῷ τούτῳ χρόνῳ |
| | 26. | Ποιήσεως ὑμῖν τοὺς | Ποιήσεως τοὺς |
| | 29. | Ὑμῖν ἀναγνώσεται | Ἡμῖν ἀναγνώσεται |
| | 31. | Καὶ τὸν νόμον | Καὶ νόμον |
| VI. | 2. | Ὁ νόμος αὐτὸς δηλοῖ | Ὁ νόμος ὑμῖν δηλοῖ |
| | 3. | Καὶ οἱ δημόται | *Abest a Codice.* |
| | 12. | Πατέρα περὶ υἱέος | Πατέρα ὄντα περὶ υἱέος |
| | 16. | Ἅπαντας | Ἅπαντα |
| VII. | 3. | Ὑμῖν ῥᾴδιον | Ῥᾴδιον ὑμῖν |
| | 7. | Πεισθεὶς τὸν υἱὸν ἐποιεῖτο | Πεισθεὶς ἐμὲ ἐποιήσατο |
| | 12. | Δεύτερον δὲ, διὰ | Δεύτερον διὰ |
| | | Ἐνῆγεν *habent paulo inferius Editiones Londin. et Gœtting. sed Tigurinus Editor locum imprudens prætermisit.* | Ἐνῆγον |
| | 19. | τούτου πυθέσθαι | τοῦτο πυθέσθαι |
| | 21. | Πότερα | Πότερον |
| | 25. | Αὐτῷ οὐδεὶς | Οὐδεὶς αὐτῷ |
| | 32. | Ἦν γὰρ οὐδεὶς | Ἦν οὐδεὶς |
| VIII. | 6. | Ὄντι ἄπαιδι | Ἄπαιδι ὄντι |
| | 8. | Καλῶς | Καλὸς |
| | 11. | Τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν | Τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ |
| | 12. | Τοῖς οὐ γένει | Τοῖς οὐδὲν γένει |
| | 14. | Αὐτὸν, τί δὴ πότ᾽ ἂν | Αὐτὸν, πότ᾽ ἂν |

| Cap. | v. | | |
|---|---|---|---|
| VIII. | 15. | Αὐτὴν τύχην ἐκείνῳ | Αὐτὴν ἐκείνῳ τύχην |
| | 24. | Πολλῷ μᾶλλον τοῦτον παραφρονεῖν | Πολλῷ τοῦτον παραφρονεῖν μᾶλλον |
| | 26. | Τοῖς τε γὰρ νόμοις καὶ δικαίοις | Τοῖς γὰρ δικαίοις καὶ τοῖς νόμοις |
| | 28. | Αὐτῷ τὸν νόμον | Αὐτῷ μὲν τὸν νόμον |
| IX. | 1. | Εἶτα νῦν διὰ τί | Εἶτα διὰ τί |
| | 4. | Ὡς ἐγὼ | Εἰ ἐγὼ |
| | 7. | Χωρίον, ἢ συνοικίαν, ἢ οἰκίαν | *Absunt a Codice verba* ἢ συνοικίαν |
| | 11. | Ζῶντος ἐκείνου | Ἐκείνου ζῶντος |
| | 17. | Ὅτι ἐμὲ | Διότι ἐμὲ |
| | 24. | ᾧ ἠμφισβήτησεν | Οὐκ ἠμφισβήτησεν *mendose, ut videtur.* |
| X. | 2. | Εἴπε τις | Τὶς εἴπε |
| | 6. | Ἡμῖν, εἰ μὴ ἐπιτρέποιμεν | Ἡμῖν ἐπιτρέποιμεν |
| | 19. | Ἠνάγκασαν ἡμᾶς | Ἡμᾶς ἠνάγκασαν |
| | 26. | Ἄπαιδα βουλόμενοι | Βουλόμενοι ἄπαιδα |
| | 31. | Ἐπίλαβε | Ἐπίβαλε |
| XI. | 4. | Ὁ θεῖος τοίνυν οὑτοσὶ | Ὁ θεῖος οὑτοσὶ |
| | 7. | Ἐγὼ γὰρ | Ἐγὼ μὲν γὰρ |
| | 12. | Ἐξερημώσων | Ἐξερημωθέντα |
| | 14. | Θυγάτηρ | Θεράπων |
| | 15 | Παιδίῳ ἐθέμην τὸ ὄνομα τὸ ἐκείνου | Παιδὶ ἐθέμην τὸ ὄνομα ἐκείνου |
| | 16. | Ὁ οἶκος αὐτοῦ | Ὁ οἶκος ἐκείνου |
| | 25. | Καὶ τὰ τρίτα | *Confirmat lectionem codex Ambrosianus quam ipse Londinensis Editionis auctor* |

| Cap. | v. | | *Tyrwhittus manu sua adscripsit Exemplo quod misit ad Wyttenbachium* (1). |
|---|---|---|---|
| XII. | 1 | Ἐποιήσατό με | *Abest a Codice.* |
| | 3 | Καὶ αὐτοὺς μάρτυρας | Καὶ αὐτοὺς τούτους μάρτυρας |
| | 9 | Ἐγένετο | Ἐγεγένετο |
| | 10 | Τοῦ Μενεκλέους | Τῶν Μενεκλέους |
| | 16. | Ὑμῖν ἅπασι | Ἅπασιν ὑμῖν |
| | 18 | Ὅτι ὁ Μενεκλῆς οὐ παρεφρόνει | Ὅτι Μενεκλῆς οὐ παραφρονεῖ |
| XIII. | 6. | Δεινὸν τὸ πρᾶγμα | Δεινὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα |
| | 11. | Υἱὸς ὢν ἐκείνου | Υἱὸς ἐκείνου |
| | 18. | Ταῦτ᾽ ἔστι | Ταῦτά ἐστι |
| | 19. | Ἀγωνίζεσθαι τὸν ἀγῶνα τοῦτον | Τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζεσθαι |
| | 23. | Τὰ λυποῦντά με | Με τὰ λυποῦντα |
| XIV. | 2. | Ἀποψηφίσασθαι | Ἀποψηφίσαι |
| | 6. | Τὴν ποίησιν γεγενημένην, ἀλλ᾽ ἔργῳ | Ἀλλ᾽ ἔργῳ τὴν ποίησιν γενομένην |
| | 14. | Ποιεῖν | Ποιεῖ |
| | 19. | Ἀλλὰ ἀφαιρεῖται τὰς τιμὰς τὰς ἐκείνου | Ἀλλὰ ἀφαιρεῖται τὰς ἐκείνου, *omisso* τὰς τιμάς. |
| | 23. | Ἀφέλησθέ μου | Ἀφέλεσθέ με |
| | 24. | Ἐστὶν | Ἔσται |
| | 26. | Βοηθήσατε καὶ ἡμῖν καὶ ἐκείνῳ | Βοηθήσατε ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ |
| | 30. | Τοῦ νόμου | Τῶν τε νόμων |
| | | Καὶ εἰρημένων ὑπὲρ τοῦ πράγματος | Καὶ τῶν ἐχρημένων δι᾽ αὐτοῦ πράγματος |

(1) Wittenbachius *Biblioth. critic.* T. 3. part. 2. p. 135.

# VITAE ISAEI

## VARIAE ALIQUOT LECTIONES

| *Editio Reiskiana Tom. 7. p. 301 - 302.* | *Codex Ambrosianus* |
|---|---|
| Ἄρθυος | Λυδύος |
| Ἐν τοῖς Βίοις τῶν σοφιστῶν οὐ πάντων | Ἐν τῷ βίῳ τῶν σοφιστῶν οὐ πάντως |
| Ἀμέλει οὖν | Ἀμέλει γοῦν |
| Πάνυ ἐζήλωσεν | Πάνυ ἀκριβῶς ἐζήλωσεν |
| Ὅτι ἡ Λυσίου | Ὅτι ἡ μὲν Λυσίου |
| Εὑρήσομεν τοιαύτην διαφορὰν | Ταύτην εὑρήσομεν διαφορὰν |
| Παρὰ Λυσίᾳ μὲν οὐ πολλὴν τέχνην | Παρὰ Λυσίᾳ οὐ πολλὴν τὴν τέχνην |
| Αὕτη γὰρ ἦν | Αὕτη δὲ ἦν |

# ORATIONIS ANDOCIDIS

## ADVERSUS ALCIBIADEM

### LACUNA EXPLETUR

| *Editio Reiskiana Tom. 4. p. 132 - 133.* | *Codex Ambrosianus.* |
|---|---|
| Ἐμὲ μὲν τοίνυν ἐξελάσαντες... τοὺς ἀσελγεστέρους νομιμωτέρους ποιήσετε. | Ἐμὲ μὲν τοίνυν ἐξελάσαντες, τοὺς βελτίστους περιδεεῖς καταστήσετε· τοῦτον δὲ κολάσαντες τοὺς ἀσελγεστέρους νομιμωτέρους ποιήσετε· |

---

**EMENDANDA**

P. 54. v. 1. visum erat legendum αἷς pro οἷς, et hoc postremum in erratis numerandum. Sed iam placet retinuisse οἷς. Quare nec interpretamur *pro qua nos iudicio certamus*, sed *aeque ac ii quibuscum iudicio certamus*.

# ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

## ΛΟΓΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΙΤΙΑΣΑΜΕΝΟΥΣ
ΕΠΙ ΤΩΙ ΔΕΞΑΣΘΑΙ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ

# THEMISTII PHILOSOPHI

## ORATIO

IN EOS A QVIBVS OB PRAEFECTVRAM SVSCEPTAM
FVERAT VITVPERATVS

INVENTORE ET INTERPRETE

*ANGELO MAIO*

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE A LL. OR.

MEDIOLANI
REGIIS TYPIS
MDCCCXVI

Οὐχ οὕτως ὁ Τηλέμαχος ἐῴκει τῷ πατρὶ τὴν μορφὴν, ὡς σὺ τῷ Δημοσθένει τοὺς λόγους.

**Telemachus Patris formam non tam accurate referebat, quam tu eloquentiâ tuâ Demosthenem.**

**Libanius Themistio Epist. CCCLXXI.**

# GIBERTO

## COMITI BORROMAEO

EX HISPANIAE MAGNATIBVS CLASSIS PRIMAE

BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE

CONSERVATORI PERPETVO ET PATRONO

QVVM Themistii præclarâ eloquentiâ oratoris exquisitâque doctrinâ philosophi scriptum ineditum evulgare statuissem, tu, GIBERTE, occurrebas dignus hoc munere, quo iucundissime fruereris. Namque Themistius magni olim Theodosii iussu ad regiæ urbis Præfecturam vocatus, quum privatæ quieti voluntatem Principis prævertendam putasset, hanc egregiam Orationem instruxit, qua cum iustissimis Theodosii præconiis suorum etiam consiliorum rationes copiose explicavit. Idem legationibus publica auctoritate ad romanam Urbem et sui sæculi Principes obeundis adeo diligentiam probavit, ut eo nobilissimo officio decies

perfungi iussus sit (*). Iam et tu, Vir eximie, domus tuæ potius ac pignorum quam publicorum negotiorum antea studiosus, otii tui commoda cum Patriæ caritate nuper commutasti. Nam et cælestibus AVGVSTI nutibus inter Mediolanensis ditionis Rectores vera cum laude hactenus versatus es: et nunc ea dignitate defunctus perhonorificam legationem ad romanam Petri sedem suscepisti. Igitur haud invenuste contigit primum quidem ut Themistius nondum publicam huius generis lucubrationem Bibliothecæ tuæ penetralibus commendaverit, tum ut ego hoc tempore eam in vulgus proferendi consilium inierim. Quam tu, Vir excelse, cum leges, et in Themistio vitæ tuæ quodammodo imaginem expressam senties, et in Theodosii panegyrico NVMINIS NOSTRI laudes celebrari arbitraberis.

---

(*) Themistius in Orat. XVII. edit. Harduin. p. 214. B. Tum etiam in hac, quam nunc edimus, Oratione cap. XXIX.

# EDITORIS PRAEFATIO

Themistii orationes partim editae partim deperditae.

I. CVPIENTI mihi veteris eloquentiæ laudem apud Italos iuvenes excitare, ea mens iamdiu incidit, ut in Ambrosianæ bibliothecæ codicibus nondum cognita eius facultatis exemplaria pervestigarem. Itaque et nuper quum diligenter inquirerem, num Symmacho, quem Latinorum novissimum edidi, par aliquid ex uberrimis Græcorum divitiis adiici posset, protinus oratorem, genere quidem elocutionis dissimilem, sed ætate plane æqualem, Themistium offendi. De cuius diserti Viri orationibus hactenus præclare meriti sunt Tricanvellus, Henricus Stephanus, Remus, Petavius et Harduinus, a quibus earum editio vel primum curata vel deinceps aucta et exornata est. Sane postremus editor Harduinus insigni suo opere tres supra triginta Themistii orationes comprehendit. Sed enim maximus ille Photius plures adhuc se legisse testatur (1). Ἀνεγνώσθησαν Θεμιστίου λόγοι πολιτικοὶ λς. ὧν εἰσὶ καὶ οἱ πρὸς Κωνστάντιον τὸν βασιλέα καὶ εἰς Οὐάλεντα καὶ Οὐαλεντινιανὸν τὸν νέον, ἀλλὰ καὶ εἰς Θεοδόσιον τοὺς βασιλεῖς, ἐπαίνους αὐτῶν

(1) Biblioth. Cod. LXXIV. p. 164.

καὶ ἐγκώμια περιέχοντες. *Lectæ sunt orationes Themistii politicæ* XXXVI. *quas inter aliquot Constantio, Valenti, Valentiniano iuniori ac Theodosio imperatoribus dictæ: quibus eorum laudes ac præconia continentur* Igitur tres omnino Themistii orationes luce nondum donatæ videntur. Atque ex his una mihi in Ambrosiano codice, non admodum quidem antiquo sed tamen optimo, nuper notata est: eaque nunc primum Mediolanensibus typis imprimitur. Qua in re illud est admirabile, quod paulo ante cum Symmachum edebam, dolendum mihi fuit ob amissum Theodosii panegyricum, quem latinus Orator splendidissimo stilo conscripserat (1). Nunc autem unica, quæ se mihi obtulit, Themistii Oratio laudes Theodosii magnam partem persequitur: adeoque fortuna, quæ in Symmacho edendo molesto me vulnere affecerat, iam quodammodo facti pœnitens, idem mihi argumentum a græco Oratore adornatum revelavit.

**Themistii amissa Oratio detegitur.**

II. Porro ne dubitem hanc Orationem prorsus esse Themistii, pluribus utor argumentis. Nam 1.° hæc Oratio recensetur in Themistianis ab Auctore græci indiculi, qui codici Ambrosiano præponitur: tum in ipso volumine codicis cum reliquis Themistianis intermedia exhibetur.

**Detecta nuper Oratio revera est Themistiana.**

2.° In Ambrosiano eodem codice insunt cunctæ prorsus eæ tredecim orationes, quæ ante Harduinianam editionem nondum erant vulgatæ. Hinc fides augetur, etiam hanc, quæ in codice distinguitur nota κγ. nempe XXIII, pertinere ad ineditas Themistianas, quoniam in codice tam præstanti plenoque continetur.

(1) Symmach. Epist. Lib. II. 13. Edit Parei anni 1617. Vide etiam ad Symmachi Orationes præfationem meam p. V.

3.° Quum Photius, ut diximus, Themistii orationes XXXVI. legerit, sequitur ut hæc ceteris XXXIII. hactenus extantibus addenda esse videatur. Quumque idem Photius in iis XXXVI. orationibus laudationes quoque in Theodosium observaverit, hæc quidem ex illis est.

4.° Siquis huius Orationis colorem, elocutionem, peculiares dicendi modos, totum denique scriptionis genus cum iamdiu editis Themistii lucubrationibus conferet, quin hæc puta sit Themistiana non dubitabit.

5.° Philosophiam singulari constantique studio Themistius professus est, Platonis præsertim et Aristotelis. Quare et philosophi agnomen ei passim tribuitur in Veterum scriptis et in ipsis Themistii codicibus. Atqui hæc Oratio philosophiæ historiam et dogmata et laudes complures persequitur. Præterea tam multa de Themistii vita, studiis, rebus ac magistratibus gestis complectitur; tot locos aut Themistianos ipsissimos aut παραλλήλους habet, ut omnem hac nuper re scrupulum vel morosissimis Criticis eripi necesse sit.

6.° Hac Oratione occurrit Orator insectationi quorumdam, a quibus ob susceptam Præfecturæ dignitatem maledictis fuerat appetitus. Adversarius autem Themistii in ea re præcipuus sine dubio fuit Palladas poeta, cuius Epigramma in Themistium (quod in calce Orationis recitabimus) in eo vertitur, ut novum magistratum a fastigio se philosophiæ demisisse criminetur. Atqui Orator eam ipsam Adversarii obtrectationem tota hac Oratione ventilat: in clausula autem lusum illum verborum Palladæ ἄνω et κάτω diserte retundit.

7.° Denique hæc Oratio de Constantinopolitana præfectura suscepta mirifice congruit cum Oratione XVII (1). quam Themistius eodem super argumento conscripsit.

Themistius commendatur.

III. Nunc ut ineditam Themistii Orationem in publicum usum educam, hortantur me primum ipsa Oratoris celebritas, tum præclara philosophiæ descriptio, ad extremum magni Theodosii laudes quæ copiosissimæ in hoc scripto funduntur. Themistius in barbara Asiæ provincia Paphlagonia natus (2), miris tamen institutionibus ab Eugenio parente imbutus est, et universam Græcorum doctrinam sitienti pectore hausit (3). Igitur qua fama eloquentiæ apud Latinos Symmachus versatus est, eadem plane græcus Orator orientales imperii partes diu decoravit, et apud Principes Constantium, Iulianum, Iovianum, Valentem, Gratianum atque Theodosium gratia et auctoritate plurimum valuit. In primis autem præstantissimi viri eruditionem omnigenam mirari subit. Certe et Nazianzenus Gregorius hanc ei laudem potissimam tribuit (4): Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει, ὦμος τοὺς Πελοπίδας, λόγοι τὸν μέγαν Θεμίστιον. Κἂν γὰρ ἐν πᾶσι πάντων κρατῇς, τοῦτο τῶν σῶν οἶδα τὸ ἐπισημότατον. *Spartiatas lancea indicat, humerus Pelopidas, eruditio magnum Themistium. Nam quamvis omnibus rebus omnes superes, hoc tamen tuorum omnium maxime insigne esse scio.* Themistii sapientiam amplissime commendat Constantius quoque imperator in duabus

(1) Editionis Harduinianæ qua nos semper utimur.

(2) Themistius Orat. XXVII. p. 332–333.

(3) Idem ibidem.

(4) Editionis Billianæ Epist. CXXXIX.

epistolis ad senatum (1), nec non Libanius passim in plurimis, quas ad Themistium scripsit, litteris. Reapse quæcumque res est proposita, de ea Themistius perdocte et copiosissime loquitur: prorsusque apparet, eius eloquentiam ex pluribus artibus studiisque collectam. Multa etiam illustrium virorum exempla laudat plena dignitatis plena antiquitatis: tum egregia poetarum philosophorumque dicta studiose delibat. Porro quod attinet ad eius stilum, is verissime a Photio describitur (2): Ἔστι τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἀπέριττος καὶ ἀνθηρὸς, καὶ ταῖς λέξεσι πολιτικαῖς καὶ εἰς τὸ σεμνόν τι ἐπικλινούσαις χρώμενος. *Dicendi genus est lucidum minimeque redundans, floridum ac civilibus refertum dictionibus plerumque ad maiestatem quamdam inflexis.* Scribendis igitur magnorum Principum laudibus mirifice est aptus Themistius cum ob ornatissimum stilum, tum ob innumera bene regnandi præcepta, quibus eius oratio tamquam floribus perpetuo conspergitur.

IV. Sed tamen Themistius a Symmachiana dictione vehementer differt: siquidem Symmachus picto ardenti sententiosoque stilo delectatur; Themistius autem quasi sedatus amnis fluit, neque sunt quæsitæ in eo venustates neque elaborata concinnitas neque spissæ sententiæ, tantum utitur spontanea veluti volucritate verborum et nativo quodam orationis nitore. Rursum Themistius ab Isæo, quicum fortuito nunc editur, non parum recedit. Nec mirum: præter enim immanem disiunctionem ætatis, Isæus quidem est atticus, at Themistius asiaticus. Porro asiaticum oratorem cum dicimus, nemo per se putet corruptam eloquentiam a nobis designari.

Themistius differt a Symmacho.

Item ab Isæo. Genus enim Themistianæ eloquentiæ est asiaticum.

(1) Apud Themistium post Orat. I. et Cod. Theod. Lib. 6. Tit. 4. Leg. 12.

(2) Cod. LXXIV. p. 164.

Etsi enim proprie Græcia officina dicendi fuit, tamen et Asia disertissimis viris abundavit. Immo asianæ facundiæ genus nostrates etiam viri dedita opera interdum æmulati sunt, quos inter Hortensius teste gravissimo Cicerone (1): *Si quærimus cur adolescens magis floruerit dicendo quam senior Hortensius: causas reperiemus verissimas duas: primum, quod genus erat orationis asiaticum, adolescentiæ magis concessum, quam senectuti.* Iam idem Cicero de asiatico stilo ait (2): *Tertium est genus in quo fuerunt fratres illi, asiaticorum rhetorum principes, Hierocles et Menecles, minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate vel copia.* Ipse Cicero artis suæ causa in Asiam sibi iuveni peregrinandum, eiusque oratores audiendos iudicavit. *Post a me*, inquit (3), *Asia tota peragrata est, cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus, quorum erat princeps Menippus Stratonicensis, meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus.* Quadringentis autem post Tullium annis, cum certe apud Atticos illa vetus eloquentia plane conciderat, nihil fere tota Asia immo et Græcia celebrius Themistio fuit. Quare is et a Principum munificentia summis præmiis affectus fuit et splendidorum etiam munerum infulis exornatus. Nunc ego ut verba ad compendium conferam; si perspicue si copiose si erudite si ornate verba facere; si præterea nihil habere mollitiæ nec ineptiarum, perfecti generis oratorii est, Themistium aio in optimorum oratorum flore versari.

(1) In *Bruto* Cap. XCV.

(2) *Orator* Cap. LXIX.

(3) In *Bruto* Cap. XCI.

Scopus prioris Themistianae Orationis est defensio ipsius Oratoris.

V. In hac autem, quam modo edimus, Themistii Oratione inest prolixa philosophiæ laudatio, cuius in clientelam iam inde a pueris sese Orator contulerat. Quum enim præfecturam Constantinopolitanæ urbis anno post Ch. N. CCCLXXXIV. Theodosio offerente non recusasset Themistius (1), continuo quidam minuti obtrectatores egregium virum et bene de republica meritum in invidiam vocaverunt, tamquam si relictis philosophiæ septis ad florentem civilem vitam transvolasset. Quorum ille malevolorum sermunculos hac gravissima Oratione compescuit. Erectus quippe sui facti conscientia pæne innumeris argumentis ostendit, sibi culpæ non esse vertendum, quod in honorum sedem conscenderit. Multos enim sæpe sapientes publicæ salutis non privatæ quietis rationem esse secutos: quum probe exploratum sit, a philosopho etiam Principi esse parendum, reipublicæ consulendum, posteritati et gloriæ serviendum. Fit autem obliqua invectio primum in eos qui tranquillitatem vitæ cupidius sectantur, privatisque adeo studiis indulgent ut communium officiorum dirimant societatem. Tum sub finem Orationis amatores Epicuri acriter vellicantur, quorum vita plena et conferta voluptatibus nihil nisi abiectum et humile habere potest. Quibus fucatæ philosophiæ discipulis vitam suam non sine laude insigni Themistius opponit. Se nempe plurimis legationibus pro republica functum esse, annonam rectissime administrasse, censum publicum auxisse, adclamationes, laudatorias litteras et statuas a senatu et Principibus meruisse,

(1) Vide de anno huius gestæ præfecturæ, quæ nos dicimus in notis ad Orationis capp. XI. et XIV.

in præfectura, licet brevi, gratissimum civitati fuisse. Interim vero se item a suspicione sui commodi removet, atque ad lucrum oculos cupiditatis adiecisse diserte negat. Denique plane ostendit, reprehensioni in rebus suis gestis nihil esse loci, quod omnia laus occupavit.

Scopus alter Themistianæ Orationis est laudatio magni Theodosii.

VI Sed enim magna pars Themistianæ orationis in adornandis Theodosii magni præconiis plurimo cum honore consumitur. Revera Theodosii virtutibus quæ potest par laudatio inveniri? Hic enim est ad quem olim perturbatæ reipublicæ gubernacula Deus detulit, ne omnia barbarorum armis infinita internecione conciderent. Quum enim extincto Valentiniano seniore, Valente etiam a Gothis exusto unus Gratianus adolescens cum Fratre octenni romani imperii habenas tremula manu vix teneret, is hoc repente divinitus cepit consilium (1), ut Theodosio in regii fastigii partem vocato nutantium rerum molem imponeret. Quo facto, etsi ferocissimi populi romanæ ditioni spe atque animo incubarent, multasque imperii provincias ad exitium vastitatemque vocarent, fax subito belli incredibili Theodosii virtute extincta est, atque omnis illico strepitus conquievit. Bellicas tamen Theodosii laudes parce Themistius de more suo attingendas putavit (2). Itaque hoc Scripto pacificas plerumque eiusdem dotes, clementiam mansuetudinem liberalitatemque commemorat. Res quippe gestæ suæ Theodosium numquam extulerunt, nec illi tumidiores spiritus indiderunt: adeo ut qui dignitate et gloria cunctis regibus excellebat, mansuetudine par infimis esse videretur. In diutina

(1) Themist. Or. XVI. p. 207. B.

(2) Confer Or. XVI. p. 206. C.

autem dominatione raro de animi lenitate deductus est Tanta porro pectoris mollitia et misericordia fuit, ut numquam fere ne reorum quidem sanguine gladium imbuerit. Tum et ea, quæ proficiscebantur ab auctoritate regia et a iure belli, semper ad facilitatem æquitatemque referebat: neque eius pleræque victoriæ cædibus et luctu redundarunt, sed sæpe ex iis æqua pæne ad hostes lætitia atque ad Romanos pervenit. Iam ad munificentiam quod attinet, communis parentis personam in imperio Theodosius tuitus est: nullusque fuit ordo, in quem ille benignitatis suæ fontes non derivaverit. Nam præterquamquod huic Principi finxit ipsa natura ad liberalitatem magnum animum et excelsum, idem ante imperium in fortunæ varietate versatus humanos casus et necessitates impensius didicit miserari. Igitur numquam intermisit complecti supplices, egenos ditare, pupillos alere, tributorum onera imminuere, provincias et urbes omni genere beneficiorum locupletare. Tantas igitur Theodosii virtutes quis non gaudeat, edita nunc demum hac Oratione, ad sempiternam memoriam temporis propagari? Quis item Themistium, Symmachi æqualem, cognomento propter perspicuitatem dicendi εὐφραδῆ, et propter singularem artis eminentiam βασιλέα λόγων a Nazianzeno (1) appellatum, cumulatiorem prodire non gratuletur? Prorsus enim Theodosii virtutes gratiorem faciunt oratorem Themistium: vicissimque ob Themistii eloquentiam gloria Theodosii luculentius splendescit. Ex quo illud merito sequetur, ut qui hanc Orationem legerint, alterum alterius gratia magis admirentur.

(1) Epist. CXL.

# ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

## ΛΟΓΟΣ

## ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΙΤΙΑΣΑΜΕΝΟΥΣ

## ΕΠΙ ΤΩΙ ΔΕΞΑΣΘΑΙ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ (1)

I. Ότι μὲν τηλικούτων τινὲς φιλοσοφίαν ἀξίαν ἡγοῦνται, ὥστε καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν μεγίστην καταδεεστέραν αὐτῆς ὑπολαμβάνειν, λίαν ἐπαινῶ τοὺς ἄνδρας καὶ φιλῶ. Τὸ γὰρ περὶ τοῦ θειοτάτου τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιτηδεύματος τὰ μέγιστα διανοεῖσθαι, σημεῖον οὐκ ἀγεννοῦς τίθεμαι φύσεως. Οτι δὲ μή τε ἐπισκεψάμενοι πώποτε ὑπὲρ τῶν προσηκόντων ἔργων τῇ τέχνῃ, μή τε μαθεῖν ἀξιώσαντες, ὅμως τὸ δοκοῦν ἀποφαίνονται, τοῦτο οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι τῆς δόξης ἣν ἔχειν ὑπὲρ αὐτῆς σχηματίζονται. Καὶ εἰ μὲν κατ' ἐμοῦ μόνου ταύτην ἐποιοῦντο τὴν ἐπιτίμησιν, ἀπέχρησεν ἂν μοι πρὸς αὐτοὺς ἑτέρωθι διαλεχθῆναι·

(1) Nempe Constantinopolitanæ urbis Præfecturam, de qua suscepta agit Themistius etiam tota Oratione XVII. (editionis Harduinianæ)

# THEMISTII PHILOSOPHI

## ORATIO

## IN EOS A QVIBVS OB PRAEFECTVRAM SVSCEPTAM FVERAT VITVPERATVS

I. Qvod philosophiam adeo nonnulli admirantur, ut vel maximam dignitatem infra ipsam ponant, ego quidem vehementer homines laudo et amplector. Nam præstantissimæ humanarum omnium disciplinæ plurimum tribuere, id utique excelsæ mentis indicium existimo. Quod vero neque consideratis umquam officiis, quæ ei scientiæ conveniunt, neque eadem edoceri ferentes, sententiam tamen suam declarant, hoc haud congruens duco ei existimationi, quam se de philosophia gerere profitentur. Quod si me unum hac in re obiurgarent, contentus essem alio modo illis respondere: sed quoniam

quam Orationem siquis cum hac contulerit, miram sensuum consensionem deprehendet.

*ἐπεὶ δὲ τῷ λαβόντι μὴ προσηκόντως συναπολαύειν τῆς αἰτιάσεως καὶ τὸν δεδωκότα ἀνάγκη, βούλομαι ὑπὸ σοὶ κριτῇ (1) τὸ κοινὸν ἔγκλημα ἀπολύσασθαι. Η γὰρ ἐπήραμεν ἄμφω (2) φιλοσοφίαν εἰς τὰ ἔργα ἐκ τῶν λόγων καταγαγόντες, ἢ ἄμφω καταβεβλήκαμεν. Ανάγκη δὲ πρὸ ἁπάντων σαφὲς καταστῆσαι ὑμῖν τε τοῖς νῦν ἀκροωμένοις, καὶ ὅσοι μετὰ ταῦτα τῷ λόγῳ περιπεσοῦνται, τί τὸ ἔργον φιλοσοφίας ἡγεῖσθαι προσήκει, καὶ τί βουλομένη παρελήλυθεν εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ ὅπως τὴν ἀρχὴν ηὐξήθη τε καὶ ἠγαπήθη, καὶ ὅση πρὸς τὴν βασιλείαν ἡ συγγένεια καὶ οἰκειότης, καὶ ὅση πρὸς τυραννίδα ἀλλοτριότης. Οὕτω γὰρ ῥᾷον μάθοιτε ἂν εἴ τε ἐφύλαττον ἐγὼ τοὺς πατρίους ὅρους τὴν ἀρχὴν ὑποστὰς, εἴ τε ἐξήειν.*

II. *Εἰ τοίνυν τίς ἔροιτο ὑμᾶς ὅτῳ μάλιστα τῶν λοιπῶν ζώων ἄνθρωπος διενήνοχε, καὶ διὰ τί τῶν ἄλλων ζώων ἄρχει τε καὶ κρατιστεύει, τίς οὕτω πόρρω καθέστηκε λόγου, ὥστε μὴ ἐννοεῖν ὅτι λόγος ἐστὶ τὸ πρεσβεῖον αὐτῆς τῆς φύσεως; Οὐ γὰρ δὴ ἰσχὺς τοῦ σώματος, οὐδὲ ὠκύτης, οὐδὲ τῆς αἰσθήσεως ἀρετή. Αλλὰ τούτοις ἅπασιν οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν*

(1) Intellige præcipuum adversarium Palladam qui huic Orationi scribendæ occasionem præbuit. De eo nos egimus in præfatione p. 7. et rursus acturi sumus in calce Orationis. Porro vocabulum *βούλομαι* ipse supplevi: nam in Codice vacuum spatiolum est.

ei qui absurde dignitatem recepit, illum quoque qui dedit participem fieri criminationis necesse est, volo sub te iudice calumniam dissolvere. Aut enim uterque philosophiam eveximus cum verba in rem contulimus, aut uterque eamdem depressimus. In primis autem necessario explicandum est et vobis qui me nunc auditis, et ceteris qui deinceps in hanc meam orationem incident, quodnam officium philosophiæ existimandum sit, quidve hæc spectans ad humanam vitam accesserit, et quo pacto incrementa atque asseclas ceperit, quamque ea iustæ dominationi familiaris et coniuncta sit, quantum item a tyrannide abhorreat. Sic enim facilius intelligetis, utrum ego intra patrios fines constiterim dignitate recepta, an ab iisdem excesserim.

II. Siquis igitur vos roget, quo pacto maxime a reliquis animantibus homo differat, et quare in eosdem imperium obtineat, præque iis polleat, quis ita mente caret, ut non intelligat, rationem in humana natura esse præstantissimam? non profecto robur corporis neque velocitatem neque sentiendi vim. Quin adeo vix dici potest, quam feris et

(2) Nempe ego qui recepi et Theodosius qui obtulit dignitatem.

ὅσον ἀπολειπόμεθα τῶν θηρίων καὶ τῶν ὀρνίθων. Τοῦτο τοίνυν τὸ πλεονέκτημα τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὲν καλῆς τύχῃ παιδαγωγίας, παρέχει ζῶον ἐπὶ τῆς γῆς θεογενές· εἰ δὲ
Or. XX. p. 240. A. (*) κακῆς, ποιεῖ θηρίον ἄρκτων δυσμαχώτερον καὶ συῶν. Κακίᾳ γὰρ λόγος ὑπηρετῶν, ὅπλον ἐστὶ λίαν δυσκαταγώνιστον. Ταύτης ἕνεκεν τῆς παιδαγωγίας ἐζητήθη μὲν νόμος, ἐζητήθη δὲ τέχνη νόμου εὑρέτις. Καὶ εἴπερ τὴν πρώτην γένεσιν ἐξιχνεύεις φιλοσοφίας ἐπὶ μήκιστον ἀνιὼν, ὥσπερ οἱ τῶν ὑδάτων τὰς πηγὰς ἐρευνῶντες, οὐκ ἄλλην ἢ ταύτην εὑρήσεις. Καὶ τοὺς ἄρτι φυομένης αὐτῆς ἐκλάμψαντας καὶ ἀνθήσαντας, ἐπὶ τούτῳ πρώτῳ καὶ μόνῳ τῷ ἔργῳ κλεινοὺς καὶ περιβοήτους γεγενημένους.

III. Ο γὰρ Σολων ἐκεῖνος, καὶ ὁ Λυκοῦργος,
XVII. 215. C. καὶ ὁ Πιττακὸς, καὶ ὁ Βίας, καὶ ὁ Κλεόβουλος (1) ἀνεῤῥήθησαν σοφοὶ παρὰ τῶν τότε

(*) In Themistii scriptis hoc in primis notandum, multos esse locos aut similes inter se, aut plane iteratos. Qua enim v. gr. allocutione usus fuerat Themistius in Orat. IX. p 123. C. ad Valentinianum puerum, eadem deinceps in Orat. XVIII. p. 224. D. Arcadium item puerum affatus est. Unum eumdemque Homeri versum usurpat Themistius Or. I. p. 6. D Or. II. p. 34. C. Or. VIII. p. 102. A. Or XI p. 141. D Sæpe item Platonis sententiam urget, oportere nimirum aut philosophos regnare aut reges philosophari. Masinissæ, Xerxis, Darii, Alexandri aliorumque gesta eadem aut dicta haud raro commemorat Porro in hac inedita Oratione quum eumdem morem iterandi seu potius imitandi scriptorum suorum particulas Themistius præ se ferat, visum mihi est locorum eiusmodi eum

avibus, quod ad hæc attinet, inferiores simus. Ista porro hominis prærogativa, siquidem rectam institutionem nanciscatur, eum exhibet animantem in terris prope divinum: sin pravam, feram efficit ursis aprisque ferociorem. Ratio enim malitiæ inserviens, telum est magnopere periculosum. Huius institutionis gratia quæsita est lex: quæsita item ars, quæ legem ipsam inveniret. Igitur si prima initia indagaveris philosophiæ quam longissime progrediens, more eorum qui aquarum fontes scrutantur, non alia quam hæc invenies: et eos qui sub eius primordiis luculenter floruerunt, hoc primo immo unico officio claros et celebres extitisse.

III. Namque ille Solon et Lycurgus et Pittacus et Bias et Cleobulus dicti sunt ab hominibus sapientes, non quod syllogismos

Harduiniana editione collationem in margine adiungere. Nemo tamen suspicetur hanc Orationem e Themistianis aliis quodammodo consarcinatam: neque enim hæc illis similior est, quam illæ ipsæ inter se Et sane idem sua repetendi studium ego ipse in præstantissimo oratore græco Isocrate memini me olim observare in præfatione mea ad Orationem *de Permutatione* editionis Mediolanensis p. IX. tum in ea ipsa Oratione p. 48. n. 1. et in Appendice prima, et passim in notis ad eamdem Orationem.

(1) Ut sileam de notissimis legumlatoribus Solone et Lycurgo, Pittaci bellica gesta et leges, Biantis liberalitatem et strategemata, Cleobuli et prædictorum sapientia effata narrat Laertius in eorum *Vitis*.

II. 30. B. ἀνθρώπων, οὐχ ὅτι συλλογισμοὺς ἔστρεφον ἄνω καὶ κάτω, οὐδὲ ὅτι περὶ τῶν ἰδεῶν διελέγοντο, οὐδ' ὅτι τοὺς ἐγκεκαλυμμένους ἀνεκάλυπτον καὶ τοὺς κερατίνας, σοφίσματα δυσμήχανα καὶ κακοῦργα, καὶ ὧν χαλεπὴ μὲν ἡ εὕρεσις, ἀχρεῖος δὲ ἡ ἐπιστήμη· ἀλλ' οὐδὲ ὅτι τὸν ἥλιον ἀνεμετροῦντο, οὐδὲ ὅτι τῆς σελήνης ἐγνωμάτευον τὴν πορείαν· ἀλλ' ὅτι νόμους ἐτίθεσαν, καὶ τὸ ποιητέον καὶ τὸ μὴ ποιητέον ἐδίδασκον, καὶ τί μὲν αἱρεῖσθαι προσήκει τί δὲ ἀποφυγγάνειν. καὶ ὅτι τὸ ζῶον τοῦτο οὐ μονῆρες καὶ αὐθέκαστον, ἀλλὰ κοινωνικὸν καὶ πολιτικόν· καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ καὶ πατρίδος ἐπιμελεῖσθαι προ-
XXXI. 351. C. σήκει καὶ νόμων καὶ πολιτείας. Καὶ ταῦτα οὐ διδάσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτουργεῖν οὐκ ἀπώκνουν. Ὥστε καὶ τὰ μὲν συγγράμματα ἐκείνων ἑκάστου εὑρήσεις ἐνδύναμα ῥήμασιν, ἔργῳ (1) δὲ ἀμήχανα, ὅσα πρεσβείας καὶ στρατηγίας, ἐλευθερώσεις πατρίδος, γῆς ἐπικτήσεις.

IV. Καὶ ἡ μὲν πρώτη γένεσις φιλοσοφίας αὕτη καὶ τοιαύτη. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ταυτὸν ὑπέμεινε καὶ φιλοσοφία ταῖς ἄλλαις τέχναις. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι χρείας ἑκάστην παραγαγούσης οὐκ ἔστησαν ἐπὶ τῆς χρείας, οὐδὲ ἄχρι τῶν τοίχων καὶ τοῦ ὀρόφου προσῆλθεν ἡ οἰκοδομική, οὐδὲ ἄχρι μόνου τοῦ

---

(1) Videtur scribendum ἔργα.

multipliciter versarent, neque quod de ideis dissererent, neque quod argumentationes involutas aut ceratinas et sophismos difficiles explicarent, aut ea investigarent, quorum cum difficilis est inventio, tum cognitio inutilis: rursus non quod solem metirentur aut lunæ cursum scrutarentur; sed quia leges condebant, quidve faciendum esset, quid secus, quid amplectendum, quid fugiendum docebant: et denique hunc animantem non esse solitarium et singulum, sed sociabilem politicumque: ita ut eum oporteat et patriæ curam gerere et legum et civilitatis. Hæc autem illi Sapientes non docere tantummodo sed et opere exequi studebant. Quare illorum cum scripta eloquentia verbis deprehendes, tum etiam opera invicta, ceu legationes, imperatoria munera, patriæ liberationes, ditionis acquisitiones.

IV. Et incunabula quidem philosophiæ hæc fuerunt. Deinceps vero idem philosophiæ, quod ceteris artibus, contigit. Nam sicuti illæ a necessitate ortæ, intra necessitatis terminos non steterunt; nimirum neque architectura ultra muros et tectum non processit; neque textrina tegere corpus satis

σκέπτειν τὸ σῶμα ὑφαντικὴ, ἀλλὰ προὔβησαν περαιτέρω, καὶ τὸ καλὸν τῷ ἀναγκαίῳ προσεξειργάσαντο, καὶ τοῦ προσεῖναι κόσμον ἐν τοῖς ἔργοις ἐπμέλησαν· οὕτω καὶ φιλοσοφία τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ, καὶ τὸ ΓΝΩΘΙ ΚΑΙΡΟΝ, καὶ τὸ ΜΗΔΕΝ ΑΓΑΝ οὐκ ἀγαπήσασα, οὐδὲ ἀρκεσθεῖσα τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἔργοις καὶ νουθήμασι, περιβέβληται πολὺν τὸν ἔξωθεν κόσμον, τὴν τῆς φύσεως ἱστορίαν, καὶ τὴν τοῦ λόγου ἀπεργασίαν· ὥσπερ οἰκία πρὸ τοῦ ἀνδρῶνος καὶ τοῦ θαλάμου προπύλαια καὶ στόμα καὶ ποικίλματα καὶ ἀγάλματα, ἃ τὴν μὲν χρείαν οὐ συμπληροῖ, κόσμος δέ ἐστι τῆς χρείας καὶ ἐγκαλλώπισμα.

V. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν παλαιὸς ἐκεῖνος Σωκράτης, ὅν ἄν τις πατέρα προσείπῃ καὶ ἀρχηγέτην τῆς πολυτελεστέρας σοφίας, τὰ μὲν ἄλλα ὅμως οὐκ ᾤετο δεῖν ἐρευνᾷν· τὰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῖν διαφέρειν, τῶν δὲ ὑπὲρ ἡμᾶς εἶναι τὴν γνῶσιν. Απασαν δὲ ἐποιεῖτο τὴν σκέψιν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν (1). καὶ πόθεν ἄνθρωπος γένοιτο ἂν εὐδαίμων, καὶ πόθεν οἰκία. καὶ πόθεν πόλις· καὶ ἐπῄνει τὸν Ομηρον, πρὸ ἁπάντων σκοπεῖν ἀξιοῦντα

Οττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται (2).

(1) Eadem plane de Socrate narrat Cicero *Academ.* I. 4.

habuit; sed ulterius progressæ sunt, et venustum necessario adiunxerunt, ornatumque in operibus esse voluerunt; sic etiam philosophia effatis illis NOSCE TE IPSUM, et NOSCE TEMPORA, et NEQUID NIMIS non satis delectata, neque contenta operibus et consiliis ad vitam humanam necessariis, multo exteriore ornatu sese ipsa circumdedit, videlicet naturæ cognitione et orationis artificio. Uti nimirum domus ante andronem et cubiculum habet vestibula et ostium et picturas et statuas: quæ quidem ad usum non conferunt, sed rerum usui necessariarum ornamentum et decus sunt.

V. Propterea antiquus ille Socrates quem exquisitioris sapientiæ parentem ac principem iure appellaveris, reliqua prorsus non iudicabat esse vestiganda, quia nimirum vel nobis nihil prosunt, vel nostram cognitionem atque intelligentiam excedunt. Totam vero in virtutibus et vitiis mentem defigebat, atque in quærendo qua ratione homo et domus et civitas beati fierent: laudabatque Homerum qui in primis curandum censet

*Quid bene quidve secus patria peragatur in æde.*

(a) Odyss. δ. 392.

Επὶ δὲ τούτων διέμεινε τῶν ὅρων ὁ γνήσιος Σωκράτους χορὸς ὁ Κέβης ὁ Φαίδων ὁ Αρίστιππος ὁ Αἰσχίνης. Πλάτων δὲ ὁ θεσπέσιος μόνος, ἅτε μεγαλοφυέστατος καί μεγαλοπρεπέστατος γεγονὼς, ἐκόσμησε πρῶτος φιλοσοφίαν τοῖς πολλοῖς ἀναθήμασι· καὶ προσπαρέλαβε τὰς ἐπιστήμας ἀριθμητικὴν μουσικὴν ἀστρονομίαν (1). Προϊὼν δὲ καὶ αὐτὸν ὑπερέβη τὸν οὐρανὸν καὶ ἐθάῤῥησε περιεργάσασθαι, μὴ καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐστὶν ἀνώτερον (2). Οὐ μὴν ὥστε ἀσύμβολον πρὸς πολιτείαν ταύτην ἀποθῆναι τὴν περιουσίαν, ἀλλὰ τοῦτο καὶ μάλιστα ἴδιον τῆς Πλάτωνος ἐστὶ περινοίας ἀνάψασθαι τῶν θείων ἀγαθῶν τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς πολιτείαν, ὅς οἷόν
II. 31. C. τε μορφῶσαι τὴν ἀνθρωπίνην. Τοῦτο γὰρ βούλονται αἱ πολιτεῖαι, καὶ οἱ κλεινοὶ νόμοι, καὶ οἱ Φαῖδροι καὶ οἱ Γοργίαι, καὶ ἐν ὅσοις ἀγωνιστικώτατος ἑαυτοῦ πρὸς τὸ δεῖξαι. δικαιοσύνην μὲν δι' αὐτὸ αἱρετὸν, κακίαν δὲ δι' αὐτὸ φευκτὸν τοῖς ἀνθρώποις, κἂν τῇ μὲν μηδὲν πρόκειται ἆθλον, ἡ δὲ πᾶσαν τιμωρίαν ἀποφυγγάνῃ (3). Αρα οὖν Πλάτων μὲν τοῦτον.

---

(1) Arithmeticæ, musicæ et astronomiæ commendationem videsis apud Platonem præsertim in *Epinomide*.

Hisce finibus se continuit germanus ille Socratis chorus Cebes Phædo Aristippus Æschines. Unus autem divinus Plato eximio ingenio et verborum magnificentia præditus primus philosophiam pluribus ornamentis decoravit: addiditque artes arithmeticam musicam astronomiam. Ulterius autem provectus in ipsum quoque cælum conscendit, scrutarique ausus est, numquid et ipsâ naturâ esset sublimius. Cum enim ad civilem vitam hæc eruditionis copia nihil non confert, tum platonica sollertia id maxime spectat, ut divina bona connectat humanis, et ad universale regimen, quatenus fieri potest, humanum conformet. Hoc enim sibi volunt Respublicæ et famigeratæ illæ Leges et Phædri et Gorgiæ et ea scripta, quibus se ipse Plato superat, nempe cum ostendit iustitiam per se ipsam colendam vel nullo præmio proposito, malitiam item per se ipsam fugiendam etiamsi nulla punitio secutura sit. Atque genus platonicæ philosophiæ hoc ferme est.

---

(2) De Platone eadem pæne scribit Cicero *Academ.* I. 4. et 5.

(3) Vide Platonis præsertim *Theætetum* et Librum IX. *de Republica.*

VI. Αριστοτέλης δὲ ἕτερον. Καί τοι πλείων μὲν τοῦ ἀνδρὸς ἡ πολυπραγμοσύνη καὶ ἡ λεπτουργία, ὅμως δὲ αὐτοῦ ἡ σύμπασα πραγματεία καὶ ὁ πολὺς κύκλος, οὐκ ἐκνένευκε τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς τοῦτο συντέτακται καὶ ἀνήρτηται. Τὸ γὰρ κεφάλαιον αὐτοῦ τῆς ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας, χρῆσις ἐστὶν ἀρετῆς ἐπὶ βίῳ τελείῳ, καὶ ψυχῆς ἐνέρ-
II. 31. C. γεια κατ' ἀρετὴν ἐν προηγουμένοις. Καὶ οὐχ ἵνα εἰδῶμεν, φησὶ, τὰ δίκαια, φιλοσοφοῦμεν, ἀλλ' ἵνα, ὅσθ' οἷον τε, ἐργαζώμεθα. Καὶ νενέμηται αὐτῷ τὸ ἀγαθὸν εἰς ψυχὴν, εἰς σῶμα, εἰς τὰ ἐκτός. Καὶ τὴν εὐδαιμονίαν συμπληροῖ τὴν ἀνθρωπίνην ἐκ πρώτης καὶ δευτέρας καὶ τρίτης κράσεως (1), ἀγαπητὴν μὲν λέγων καὶ ἐφ' ἑνὸς, μείζω δὲ καὶ τελειοτέραν καὶ ἐφ' ὅλης πόλεως. Διὸ καὶ τὴν μέθοδον πολιτικὴν ὀνομάζει, καὶ τὸ εὐπράττειν φησὶν ἄνευ τοῦ πράττειν μὴ ἐγχωρεῖν, καὶ τὸν ἄγοντα θεὸν τόδε τὸ πᾶν, καὶ τοὺς ἐκείνῳ συμπεριπόλους πρακτικήν τε καὶ πολιτικὴν φιλοσοφίαν, φιλοσοφεῖν, βουλόμενος τὴν ὅλην φύσιν ἀκλινῆ καὶ ἀκέραιον δι' αἰῶνος (2). Τοσαῦτα οὖν καὶ τηλικαῦτα ἔργα τε καὶ ἐγχειρήματα ὑποστάσης ταύτης τῆς τέχνης

(1) Codex habet manifesto κρατῆρος pro κράσεως. De loci ergo lectione pro suo quisque libito statuat.

VI. Aliam viam ingressus est Aristoteles. Etsi autem hic multis subtilibusque quæstionibus semet implicat, tamen eius omnis tractatio et longa circumitio e finibus humanæ felicitatis non excedit, immo in hanc collineat eique adhæret. Ex eius enim sententia felicitas summa in usu virtutis consistit per omnem vitam, et in animæ actione ad virtutis normam præcipuis in rebus. Neque ut sciamus, inquit, quod æquum est, philosophamur, sed ut id ipsum pro viribus exequamur. Atque ab illo bonum tribuitur in animam, corpus, et externa: diciturque perfecta illa felicitas, quæ ex horum trium temperatura existit. Ac præclare quidem nobiscum agi arbitratur, si ea felicitas vel uni homini forte contigerit; maiorem tamen multoque perfectiorem eamdem esse dicit, si ea universæ civitati usuvenerit. Quare et rationem hæc docendi, civilem scientiam appellat: contenditque, felicitatem sine ipsa actione esse non posse: Denmque cuncta regentem eiusque comites scientias activam et politicam reapse philosophari, cum universam naturam perpetuo firmam incolumemque conservant. Tot igitur ac tanta opera et conatus cum hæc ars

(2) Quod attinet ad totam hanc Aristotelis doctrinam, operæ pretium erit conferre *Moralium magnorum* I. 3. 4. *Eudem.* II. 1. *Ad Nicomachum* I. 1. 2. 6. *De Republica* VII. 1. 3.

ἀνθρώπου χάριν καὶ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας οὔτε εἰδότες οὔτε μαθεῖν οἱ πολλοὶ προαιρούμενοι, τοὺς προδόμους αὐτῆς τεθαυμάκασι καὶ τὰ θριγγία καὶ τοὺς περιβόλους καὶ τὰ ἄλση καὶ τοὺς λειμῶνας· ὅτι δὲ κέκτηται καταλύσεις ἀλεξανέμους καὶ δυσαθεῖς ὑπὸ τῶν τύχης πνευμάτων, οὐκ ἀγαπῶσιν.

VII. Ἀλλ' οὐχ ὅγε θεοειδέστατος Αὐτοκράτωρ ἐν πολλῷ χρόνῳ φιλοσοφίαν εἰς τὰ πάτρια καὶ δημόσια προήγαγεν ἀγωνίσματα. (1) Καὶ ὥσπερ ἄγαλμα κεκτημένος τῆς ἀρχαίας τέχνης, ἀντὶ τοῦ μόνος ἀπολαύειν, εἰς τὸ κοινὸν ἐξενήνοχε. Καὶ εἴ τινα χρὴ καλεῖν κληρονόμον τῶν Πλάτωνος τοῦ θείου δογμάτων, οὐχ οὕτω Σπεύσιππον χρὴ καλεῖν ἢ Ξενοκράτην (2), ἀλλὰ τὸν γνώμην αὐτοῦ βεβαιώσαντα ἣν πάντων μάλιστα ἐκεῖνος ἐποιήσατο ἂν εἰς ἔργον ἐκβῆναι, καὶ
XVII. 214. A. ἰδεῖν εἰς ταυτὸν συμπρέπουσαν δύναμιν πολιτικὴν καὶ φιλοσοφίαν, καὶ μὴ πορευομένας χωρὶς δὴ φρόνησιν καὶ ἐξουσίαν. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι προσδοκώμενον τὸ θέαμα ἐπέδειξε Βασιλεὺς τοῖς νῦν ἀνθρώποις, βραβεύουσαν τὰ δίκαια φιλοσοφίαν μετὰ τῆς μεγίστης δυνάμεως, καὶ τοὺς λόγους ἔμπνους ἐπιδεικνυμένην καὶ ἐνεργούς,

---

(1) Hac ipsa sententia exorditur Themistius Orationem XVII. quam habuit cum praefectus Urbis creatus est.

(2) *Speusippum* (inquit Cicero *Academ.* I. 4.) *sororis filium Plato*

sustineat hominis gratia et humanæ felicitatis; isti qui neque id sciunt, neque plerique discere volunt, atria quidem eius et pinnas et loricas et lucos et prata mirantur : eamdem autem habere habitacula a ventis tuta, et fortunæ impetu non movenda, haud æquo animo ferunt.

VII. Sed enim divinus Imperator philosophiam ad nativum et publicum exercitium producere non diu cunctatus est. Is enim tamquam oblectamento antiqua arte potitus, non solus ea frui voluit, sed in communem usum eamdem eduxit. Quod siquis Platonis dicendus est heres, non hoc nomen Speusippo aut Xenocrati tribuendum est, sed illi qui sententia sua eam artem corroboravit, quam ipsemet in primis ad opus pertraxit, quique curavit, ut vis politica et philosophia inter se conspirarent, neque separatim incederent sapientia et potestas. Hoc enim improvisum spectaculum ostendit Imperator iis qui nunc vivunt hominibus, philosophiam nempe ius moderantem cum virtute maxima, sermonesque exerentem vivos et

---

*philosophiæ quasi heredem reliquit : duos autem præstantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium et Aristotelem Stagiritem.*

οὓς τέως ἐν τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται.
Καὶ ὑμνήσουσιν οἱ ἐφεξῆς ἄνθρωποι τὸν Θεο-
δόσιον ἐπὶ τῇ κλήσει τῆς πρὸς τὰ κοινὰ
VIII. 115. C. φιλοσοφίας, ὡς τὸν Ἀδριανὸν, ὡς τὸν Μάρ-
κον, ὡς τὸν Ἀντωνῖνον τοὺς προπάτορας
ἑαυτοῦ καὶ πολίτας (1) καὶ ἀρχηγέτας· οὓς οὐκ
ἠγάπησεν ἄχρι τῆς ἀλουργίδος κληρονομῆσαι,
ἀλλὰ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐπαναγαγὼν εἰς τὴν
V. 63. C. βασιλίδα διὰ μακροῦ χρόνου, καὶ φιλοσο-
φίαν ἑαυτῷ καθάπερ ἐκεῖνοι συμπαρεστήσατο.

VIII. Ταύτην οὐκ ἔσχε φιλοτιμήσασθαι τὴν
X. 130. B. XI. 145. B. XIII. 166. B. φιλοτιμίαν ὁ Κῦρος ὁ Πέρσης, οὐκ Ἀλέξαν-
δρος ὁ μέγας· ἀλλὰ τὸν καθηγέτην Ἀριστο-
τέλην πολλῶν καὶ μεγάλων ἀξιώσας, καὶ τὰ
Στάγειρα αὐτῷ συνοικήσας (2), ὅμως οὐκ ἔστη-
V. 63. D. VIII. 108. B. XIII. 173. C. σεν ὄγκῳ τηλικαύτης ἀρχῆς. Οὐδὲ τὸν Ἄρειον ὁ
Σεβαστὸς (3), οὐδὲ τὸν Παναίτιον ὁ Σκηπίων (4),
οὐδὲ τὸν Θράσυλλον Τιβέριος (5)· ἀλλὰ θεατὰς

(1) Hadrianum utique et Marcum ex Hispania originem generis trahere uti Theodosium, exploratum est. Sed Antonini Pii paternum certe genus Nemauso gallica urbe ductum dicitur a Capitolino in eius *Vita*. Themistius tamen non heic solum sed et in Oratione XIX. p. 229. C. dicit etiam Pium popularem Theodosii: quo loco hæret aqua Petavio adnotanti, qui quidem frustra suspicatur corruptum locum; namque is ab hac nova Oratione confirmatur. Vel igitur peccat Themistius, vel confugiendum est ad ius adoptionum, quo in patriam quoque adoptantis transisse videntur adoptati. Sic Fronto Epistola 6. Libri 2. *ad Amicos* ait Aufidium Victorinum fieri municipem Cirtensem, quum ductâ eius unicâ filiâ in gentem Corneliam Frontonis Cirtensis transiret.

efficaces, quos interim et operibus exhibet. Igitur posteri Theodosium qui philosophiam ad communem vitam vocavit non secus celebrabunt, quam Hadrianum, Marcum, et Antoninum maiores illius et populares et antesignanos: quorum is non fuit contentus hereditatem purpuræ adire, sed et eorum imaginibus longo postliminio in regiam revocatis, philosophiam sibi ut illi consociavit.

VIII. Hoc ambitioso studio gloriari non possent vel Cyrus Persa vel magnus Alexander: quorum postremus præceptorem Aristotelem multis magnisque donis affectum et Stagirorum constructione honoratum; tamen ad tantæ dignitatis fastigium non evexit: uti neque Arium Augustus, neque Panætium Scipio, neque Thrasyllum Tiberius: sed eos

(2) Stagira in gratiam Aristotelis restaurata ab Alexandro ait heic Themistius cum Ammonio in *Aristotelis vita*. At Plutarchus in *Alexandro* edit. Londin. 1723. T. IV. p. 12. itemque Dio Chrysostomus Orat. II. *de regno* in fine 1. 2, narrant id factum a Philippo, a quo eadem Stagira excisa fuerant. Alteram hanc sententiam fortasse præ se fert etiam Themistius Or. XI. p. 145. B.

(3) Propter Arium, cuius philosophia et contubernio utebatur, parcere se Alexandrinis testatus est Augustus. V. Cassium Dionem Lib. LI. 16. et Themistium Or VIII. p. 108. B. XIII. 173. C.

(4) Symmachus in *Paneg Gratiani* Cap. VII ait: *Africanum illum terra marique victorem lectionis particeps et laboris Panætius non reliquit.*

(5) Svetonius in *Tiberio* Cap 14. ait: *Thrasyllum mathematicum ut sapientiæ professorem, contubernio admoverat* (Tiberius).

κέκτηνται μόνον τῶν οἰκείων ἀγωνισμάτων, ἑλκῦσαι δὲ ἐπὶ τὸ στάδιον καὶ τὴν κονίστραν, καί τοι σφόδρα ἂν βουληθέντες, οὐκ ἠδυ-
XVII. 215. A. νήθησαν. Ἀλλ' οὐχ οἵ γε τοῦ βασιλέως πατέρες καὶ ἀρχηγέται, ὧν τὰ μεγάλα ὀνόματα· ἀλλὰ τὸν Ἀρειανὸν (1) καὶ τὸν Ῥουστικὸν (2) τῶν βιβλίων ἐξαναστέσαντες, οὐκ εἴασαν
VII. 86. C. ἄχρι τοῦ μέλανος καὶ τοῦ καλάμου φιλοσοφεῖν· οὐδὲ γράφειν μὲν ὑπὲρ ἀνδρείας, οἴκοι δὲ καθῆσθαι· οὐδὲ συντάττειν μὲν ὑπὲρ νόμων, φεύγειν δὲ τὰ κοινὰ, ὑπὲρ ὧν οἱ νόμοι· οὐδὲ κρίνειν μὲν τίς ἀρίστη τῶν πολιτειῶν, πολιτείας δὲ ἐξίστασθαι πάσης. Τοιγαροῦν οὐκ ἄχρι τοῦ βήματος μόνου προήγαγον (3) τοὺς
XI. 149. B. ἄνδρας, ἀλλὰ μέχρι τοῦ στρατηγίου. Καὶ διέβαινον μὲν στρατηγοὶ Ῥωμαίων Πύλας Κασπίας, ἐξήλαυνον δὲ Ἀλανοὺς ἐξ Ἀρμενίας· ἔταττον δὲ Ἴβηρσιν ὅρους καὶ Ἀλβανοῖς· ἐπὶ τούτοις ἅπασι τὴν ἐπώνυμον τῶν ὑπάτων ἀρχὴν ἐκαρποῦντο, καὶ τὴν πόλιν ἥρμοζον τὴν μεγάλην (4), καὶ προήδρευον τῆς ἀρχαίας

(1) Praesidem Cappadociae, Hadriano imperante, dicit Arrianum Cassius Dio LXIX. 15. eiusque terrore Albanos compressos. Consulatum eius memorat Photius Cod. 58. p. 54.

(2) De hoc Capitolinus in Marci Aurelii vita (edit. Paris. an. 1603. p. 33. C.): *Audivit* (Marcus) *praecipue Iunium Rusticum, quem et reveritus est et sectatus, qui domi militiaeque pollebat, stoicae disciplinae peritissimum, cum quo omnia communicavit publica privataque consilia; quem et consulem iterum designavit.*

(3) Cod. προήγαγε. Item inferius στρατ abrupto vocabulo pro στρατηγοί.

spectatores tantum habuerunt gestorum suorum; pertrahere autem in ipsum stadium et pulverem ne si vellent quidem potuerunt. Secus fecerunt Imperatoris nostri parentes et antesignani, quorum ingentia nomina fama concelebrat. Hi quippe Arianum et Rusticum a libris abstrahentes, non siverunt intra atramentum tantummodo et calamum philosophari: neque scribere de virili animo, et domi sedere, neque disserere de legibus, et publicas res vitare quarum causa conduntur leges: neque decernere quænam sit optima administratio, et ab omni re gerenda interim abstinere. Igitur non tantum ad suggestum homines promoverunt, sed etiam usque ad militare prætorium: qui Romanorum facti duces Portas Caspias perruperunt, Alanos ex Armenia pepulerunt, fines Iberis et Albanis constituerunt: præterea et dignitatem consulis ordinarii obtinuerunt, et magnæ Urbis præfecturam gesserunt, et senatûs

(4) Præfectus romanæ Urbis sine dubio intelligendus est Rusticus. Nam et ante hanc editam Themistii Orationem luculenta mentio extabat Rustici Urbis præfecti in Rescripto divorum Fratrum *Digest*. Lib 49. Tit. 1. Leg. 1. § 3. et apud Epiphanium *Hæres*. 26. seu 46. et in Actis D. Iustini et Soc.MM. apud Bolland.T. I. Iunii p. 18-21. ubi et locus Epiphanii expenditur. Quod vero Corsinus *de Præfectis Urbis* ad annum Ch. 167. Rusticum M. Aurelii præceptorem a Rustico præfecto Urbis distinguendum censet, id mihi quidem nullo fere iure ab eo fieri videtur.

βουλῆς(1). Ηδεσαν γὰρ οὗτοι οἱ Αὐτοκράτορες,
VIII. 117. B-C. καθάπερ σῶμα τὴν ἀρχὴν, ἣν(2), ὅσῳπερ ἂν μεί-
ζων ᾖ καὶ γενναιοτέρα, τοσοῦτο μᾶλλον ἐκκα-
XVII. 215. A-B. θάρθαι προσήκει. Καὶ τοὺς πάλαι ῥωμαίους
ἐγνωκὼς οὕτω(3) φρονοῦντας, παρ' οἷς Κάτων ὁ
φιλολόγος ταμίας ἦν(4), καὶ Βροῦτος ἐστρατή-
γει, καὶ Φαβώνιος ἐδημάρχει(5), καὶ Βάρων τὴν
ἐξαπέλεκυν (6) ἦρχεν ἀρχὴν, καὶ Ρουϊτέλιος
ὑπάτευεν(7). Εῶ τὸν Πρίσκον καὶ τὸν Θρασέα (8)
καὶ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς ἰδέας, ὡς ἐμπλήσωσί
X. 130. B. σε οἱ συγγραφεῖς εἰ προέλοιο. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
XIII. 166. B. ὁ Μάρκος ἄλλό τι ἦν, ἢ φιλόσοφος ἐν ἁλουρ-
γίδι· οὐδὲ ὁ Αδριανὸς, οὐδὲ ὁ Αντωνῖνος,
οὐδέ γε ὁ νῦν Θεοδόσιος.

IX. Αλλ' εἰ μὲν τὴν ζώνην καὶ τὴν χλαμύδα αὐτοῦ ἐπισκοποίης, μετὰ πολλῶν βασιλέων αὐτὸν ἀριθμήσεις· εἰ δὲ εἰς τὴν ψυχὴν ἐκκύψειας καὶ τὴν γνώμην, μετὰ τῆς ἐκείνης τριάδος. Εν

---

(1) Ad Arrianum senatûs fortasse principem scribit Plinius Epist. 11. Lib. 2. Verum alius et paulo iunior videtur fuisse philosophus Nicomediensis, de quo in hac Oratione sermo est.

(2) Videbatur supplendum ἣν.

(3) Videbatur item supplendum οὕτω.

(4) De Catonis maioris quæstura vide Nepotem in illius vita cap. 1.

(5) Favonium tribunum pl. videsis apud Pighium ad annum U. C. 698. Catonis æmulus dicitur a Svetonio Favonius in *Octav.* 13. qui quum post bellum Philippense produceretur catenatus, Octavia num victorem convicio proscidit. Favonii mentio etiam in Epist. Cœlii inter Tullianas *ad Famil.* VIII. 9. ad quem locum consule præclaram P. Manutii notam de Favonio. Vide et Sallust. *de Rep. ord.* Orat. II. 55. Val. Max. VI. 2. 7.

principes fuerunt. Ii quippe Imperatores noverant, imperium veluti corpus esse, quod quo maius nobiliusque est, eo magis oportet expoliri. Atque hanc stetisse sententiam antiquis item Romanis probe nosti : nempe eruditum Catonem quæstorem fuisse, Brutum imperatorem, Favonium tribunum plebis, Varronem præturam gessisse, Rutilium consulatum. Mitto Priscum et Thraseam et alios eiusmodi : te enim explebunt Historici, si iis mentem advertes. Neque enim ipse Marcus aliud erat nisi philosophus purpuratus: ita et Hadrianus, et Antoninus, et nunc Theodosius.

IX. Atqui si huius cingulum et chlamydem spectes, inter alios reges eum connumerabis ; sin animum inspicias et mentem, tribus nuper dictis adiunges. Collocandus

---

(6) De M. Terentii Varronis prætura urbana videsis Pighium ad an. U. C. 695. de provinciali ad an. 696. Et quidem vox ἑξαπέλεκυς præturæ magis provinciali convenit. In Urbe enim ne consulibus quidem, iam inde a Valerio Poplicola, secures præferebantur. Vide Dion. Halic. V. 19.

(7) Hic est summus ille vir P. Rutilius Rufus qui consulatum gessit cum C. Manilio anno U. C. DCXLIX. et a romanis scriptoribus magnopere commendatur Is a Tullio in *Bruto* XXX. dicitur *doctus vir et græcis litteris eruditus*, *Panætii auditor*, *prope perfectus in Stoicis*.

(8) Thrasea Pætus philosophus stoicus et vir egregius celebratur apud Tacitum Annal. XIV XV. XVI. Extinctus est sub Nerone, data mortis arbitrio XVI. 33. Priscus Helvidius huius gener, virtute par, pulsus est Italia a Nerone. V. Tacit. Hist. IV. 5.

γὰρ τοῖς ὁμοίως φρονοῦσι τακτέος, οὐκ ἐν τοῖς ὁμοίως ἠμφιεσμένοις. Καὶ οὗτος οὖν μόνος ἤρκει σοι ὁ Βασιλεὺς ζῆλον ἀρετῆς προκαλέσασθαι οὐκ ἀργῆς οὐδὲ ἀπράκτου οὐδὲ σημαινόμενα καὶ προτάσεις ἀνελιττούσης, ἀλλ' ἔργα ὁσημέραι μετὰ τῶν τῆς Ακαδημίας παραγγελμάτων. Εἶτα λέγεις ὅτι κατέβην ἐκ φιλονεικίας τὴν ἀρχὴν ὑποστὰς τῆς Καλλιπόλεως (1); Εἰ μὲν ἔξω τὶ τῶν ἐκείνης ἔπραξα παραγγελμάτων, κατέβην· εἰ δὲ πανταχόθεν τοὺς ἐκεῖθεν ἐτήρησα νόμους, οὐ κατέβην, ὦ φίλος, ἀλλὰ κατὰ χώραν ἀναβέβηκα.

X. Οὐδὲ γὰρ Σωκράτης ἐκεῖνος ἐκ φιλοσοφίας κατέβη πρυτανεύσας Ἀθήνησιν (2)· ἀνέσχε
XVII. 215. B. γὰρ τοῖς (3) λ· οὐδὲ ὁ πάγκαλος Ξενοφῶν στρατηγήσας τῶν μυρίων ἐκ φιλοσοφίας κατέβη· ἔσωσε γὰρ τοὺς Ελληνας ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων. Οὐδὲ Παρμενίδης κατέβη νομοθετῶν Ιταλιώταις· ἐνέπλησε γὰρ εὐνομίας τὴν μεγάλην καλουμένην Ελλάδα (4). Καίτοι

(1) Constantinopolim dicit *Callipolim*, id est *pulchram urbem*, constanter Themistius, bis quidem in hac Oratione, tum in Oratt. III. p. 41. bis A–D. et p 44. item bis. B. V. 70. C. VI. 83. B. XI. 151. B. XIV. 181. D. XXI. 248. A. XXXI. 354. D. Et quidem eius urbis pulchritudinem, Theodosio imperante, describit Themistius Orat. XVIII. p. 222–223. Tum eamdem sub Iuliano Himerius Orat. VII.

(2) Socratem fuisse prytanin sua tribus Antiochidis ait Plato in *Apolog. Socratis* (edit. Francofurt. an. 1602. p. 25.) quo in loco et eius constantia adversus XXX. Tyrannos narratur, de qua vide etiam Laertium Lib. 2. Segm. 34.

est enim cum æque sapientibus, non cum æque indutis. Itaque tanti Imperatoris tibi exemplum sufficiat, quô virtuti studeas non ignavæ et otiosæ vel quæ obsignatas quæstiones et propositiones explicet, sed ei quæ opera quotidiana secundum Academiæ præcepta exerat. Iamne dices, præfecturâ receptâ Callipolis, me de mentis proposito decessisse? Siquid feci præter Academiæ præscripta, sententiam immutavi; sin cunctis eius legibus parui, non e fastigio me demisi, o bone, sed per planum incessi.

X. Neque enim philosophiam deseruit Socrates cum prytanin egit Athenis: inhibuit enim triginta Tyrannos. Neque rursus nobilis Xenophon philosophiam dimisit cum decem millium dux fuit: ab extremis enim periculis Græcos servavit. Neque item Parmenides cum leges condidit Italis: bonis enim institutionibus magnam Græciam implevit. Nunc

(3) Ita Cod. τοῖς. Malim scribere τοὺς.

(4) Parmenides Eleæ seu Veliæ, quæ fuit Lucaniæ urbs, ortus, et inter Eleaticæ sectæ doctores satis celebris, floruit, teste Laertio, circa Olympiadem LXIX. id est quingentis circiter ante Ch. annis. Iamvero leges ab eo scriptas civibus quidem suis dixerant Laertius ex Speusippo et Plutarchus *contra Colotem* (edit. Paris. an. 1624. T. 2. p. 1126.) qui addit. cives Eleates quotannis coactos a magistratibus iurare in Parmenidis leges. Nunc Themistius leges Parmenidis ad universam magnam Græciam pertinuisse testis est.

νῦν εἴ τι χρηστὸν τῆς ἐμῆς ἀρχῆς, οὐκ
ἐμὸν, ἀλλ' ἐκμέμακται ἐκ τοῦ παραδείγμα-
XVII. 214. D. a 16. A. τος. Εἰ κέρδους κρείττων ἐγενόμην, ἐζή-
λωσα τὸν ὁσημέραι πλουτοδοῦντα. Εἰ τὸν
θυμὸν ἐχαλίνουν, πρὸς τὸν χειροτονήσαντα
ἀφεώρων. Εἰ προὔστην ὀρφανῶν, τὸν κοινὸν ἐμι-
XVIII. 222. A. μούμην πατέρα. Εἰ τὸ σιτηρέσιον οὐκ εἴων τὸ
πολιτικὸν κακουργεῖσθαι, καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς
αὐτῆς ἠρυόμην πηγῆς (1). Εἰ τὰς δίκας ἐδίκα-
ζον κατὰ νόμους, πρὸς τὸν ἔμψυχον ἔβλεπον
νόμον. Τοιγαροῦν πρὸς τοῦτον τὸν ζῆλον συντε-
XXXI. 354. B. ταμένος καλῶ δὲ ἀδράστειαν ἐπὶ τῷ μέλλοντι
λόγῳ, καὶ τὴν ὑμετέραν μαρτύρομαι ψῆφον.

XI. Οὐκ ἀτιμοτέρους ἀπέφηνα μῆνας πολλῶν ἐνιαυτῶν (2), οὐδὲ κατέλιπον τοὺς ἀργομένους βαρυνομένους τὴν ἐμὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ διψῶντας. Χρόνος γὰρ, ὑπηκόων εὔνοιαν οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ προμήθεια καὶ φιλοπονία, καὶ τὸ μηδὲν τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος πρoύργου ποιεῖσθαι; μὴ φιλοδοξίαν, μὴ δυναστείαν, μὴ τὸ πρὸς ἀπήχθειαν καὶ τὸ πρὸς χάριν. Ὁ τούτους φυλάττων τοὺς θεσμοὺς οὐ δεῖται πλήθους ἐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὀρρωδεῖ. Χαλεπὸν γὰρ ἀνθρώπῳ τὸ καλὸν ἀκέραιον ἐπὶ πολὺ

(1) De congiariis atque annona C̄politanæ urbi a Theodosio liberaliter suppeditatis, præter Themistium in Orat. XVIII. p 222, vide etiam Cod. Theod Lib. 14. Tit. 17. Leg. 14.

(2) Themistius iniit urbis C̄politanæ præfecturam anno post Ch. natum 384. circa Kal. Septembres, uti recte adnotavit Harduinus ad

autem siquid boni magistratui meo inest, non meum id est, sed ab exemplari expressum. Nam si lucro abstinui, æmulatus sum eum qui quotidie alios ditat. Si iram cohibui, ad eum qui me elegit respexi. Si pupillorum tutelam gessi, communem parentem imitatus sum. Si civilem annonam non sivi damno adfici, hoc item ab eodem fonte hausi. Si ius ex legum præscripto reddidi, ad vivam legem spectavi. Ergo adversus æmulos meos satis comparatus, eorum ad quæ dicenda nunc adgredior invidiam deprecor, et sententiam vestram contestor.

XI. Non minus mihi honorifici fuerunt aliquot menses multis annis: neque reliqui subditos meos gravem incusantes meam dominationem, sed discupientes. Neque enim temporis diuturnitate tibi benevolentiam subditorum comparabis, sed providentia et sedulitate: item si nihil præferas communi utilitati, non vanam gloriæ speciem non dominandi cupiditatem: si nihil odii, nihil gratiæ causa facias. Qui hisce regulis utitur, multorum annorum non indiget, immo et hoc spatium pertimescit. Difficile enim est homini honestam

---

Orat. XVII,. adeoque nonnisi paucorum mensium magistratum gessit. Porro hoc ipso anno 384. vertente Q. etiam Aur. Symmachus romanæ Urbis præfecturam suscepit (V Corsinum *de Præfec. Urbis*). Quare duo principes oratores duabus principibus urbibus eodem tempore præfuerunt.

διασώσασθαι· πρὸς δὲ ἀρετῆς ἐπίδειξιν ἀποχρῶσι καὶ μῆνες ὀλίγοι καὶ ἡμέρα. Οὐδὲ γὰρ ἄλλης τέχνης οὐδεμιᾶς τὸ πλῆθος τῶν ἔργων ἐπιζητοῦμεν, ἀλλὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἀκρίβειαν. Καὶ τὸν Φειδίαν τεθαύμακα ἐπὶ τῷ Διὶ τῷ Πισέως (1)· καὶ τὸν Πολύγνωτον ἐπὶ τῇ λέσχῃ (2)· καὶ τὸν Μύρωνα ἐφ' ἑνὶ βοϊδίῳ (3). Πόσῳ πλείω τὰ Πάσωνος ἔργα, τῶν Ζεύξιδος ἢ τῶν Απελλοῦ; Τίς (4) οὖν οὐ προτιμᾷ πινάκιον ἓν ἐκείνοιν τοῖν ἀνδροῖν ἢ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Πάσωνος τέχνην (5);

XII. Εἰ δέ σοι λίαν ὁ χρόνος δοκεῖ σεμνόν τι εἶναι καὶ περισπούδαστον, ὑπάρχει σοι καὶ χρόνῳ σεμνύνεσθαι ὅσον πεπολίτευμαι τῇ
XXIII. 298. B. XXXI. 352. C-D. Καλλιπόλει. Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀρχῆς νέος ὢν τὴν ἐν ταῖς γωνίαις φιλοσοφίαν εἱλόμην, ἀλλ' ἐκ παιδῶν εἰς ἐφήβους, καὶ ἐξ ἐφήβων εἰς ἄνδρας, καὶ ἐξ ἀνδρῶν εἰς τουτὶ τὸ γῆρας τῇ τῆς
XVII. 213. D-214. A. πόλεως εὐνοίᾳ συνδιελήλακα. Καὶ οὐκ ἀνίπτοις χερσὶ τὸ τοῦ λόγου, τῶν ἡνίων αὐτῆς ἐλαβόμην· ἀλλ' ἀρχαίαν μελέτην καὶ συνεχῆ ταύτην ἐξετέλουν, καὶ ἀτρέμας ἐκ τῶν προπόδων τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἀνελήλυθα.

---

(1) Iupiter Pisæus dictus etiam Olympius. Vide Plinium Hist. Lib. XXXIV. Sect. 19. Themistius Or. XVI. p. 202. B scribit Πισσαίῳ, at hic Πισέως.

(2) De hac Polygnoti Pictura ita Lucianus *Imag.* cap. 7. Ο Πολύγνωτος ὀφρύων τὸ ἐπιπρεπὲς καὶ παρειῶν τὸ ἐνερευθὲς οἵαν τὴν Κάσανδραν ἐν τῇ λέσχῃ ἐποίησε τοῖς Δελφοῖς.

famam diu intactam tueri: ad virtutis autem significationem pauci menses sufficiunt, immo una dies. Neque enim vel in aliis artibus multitudinem operum sed pulchritudinem ac diligentiam exquirimus. Phidiam ob Iovem Pisæum miror, Polygnotum ob exhedram, Myronem ob buculam. Pasonis opera quam numero excedunt Zeuxidis Apellisque labores! Quis tamen non pluris facit unam horum tabellam quam universam Pasonis artem?

XII. Quod si tibi tempus valde ponderandum videtur plurimique faciendum, licet etiam gloriari ob prolixum temporis spatium quo Callipoli publice versatus sum. Neque enim vel olim adolescens solitariam philosophiam elegi, sed ex puero in ephebos, ex his in viros, e quibus in hanc senectam cum civitatis benevolentia deveni. Neque imparatus ab eloquentia habenas urbis corripui, sed antiquam perpetuamque exercitationem usu perfeci, atque a scabello civilis virtutis pedetemptim ad fastigium ascendi.

---

*Polygnotus superciliorum decorem et ruborem suffusum genis* (det), *qualem Casandram in exhedra Delphis fecit.*

(3) *Myronem*, inquit Plinius Lib. XXXIV. Sect. 19. *bucula maxime nobilitavit* Id Myronis opus poetæ græci et latini passim celebrarunt.

(4) Cod. τί.

(5) Pasonis seu Pausonis picturis anteponit Polygnoteas etiam Aristoteles *Politic.* VIII. 5. *Poetic.* 2.

XIII. Ἐξ ἐκείνου τῆς προστασίας ταύτης
ἡπτόμην, ἐξ ὅτου με πρεσβεύειν εἰς τὴν ἀοίδι-
μον Ῥώμην ἐχειροτονεῖτε, καὶ πρὸς τὸν παῖδα
ἐστέλλετε τὸν Κωνσταντῖνον (1). Ἐξ ἐκείνου
προεκηδόμην τοῦ δήμου, ἐξ ὅτου τὸ σιτηρέσιον
ἐπανήγαγον. Ἐξ ἐκείνου τῆς γερουσίας προὐνό-
ουν, ἐξ ὅτου τὸν κατάλογον τῶν ὁμογενῶν (2)
ἀντὶ μόλις τριακοσίων ἐπλήρουν εἰς δισχιλίους·
ἐφ' ὧν δύο μὲν αἵ τε χαλκαὶ παρὰ δυοῖν Αὐτο-
κρατόρων εἰκόνες (3), τιμαὶ δὲ ἐν γράμμασι
XVII. 213. C. διαλύγιαι (4), παρακλήσεις δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν
ταύτην οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις.
Καὶ προστίθει τούτοις ἅπασιν ὅπως καὶ ὁπότε
ἐστὶ· μή τε ἐπιλιπαρήσαντος, μή τε ἐπ' ἄλ-
XXXI. 353. D. λῳ τῳ, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς λόγοις. Καὶ ἡνίκα ὁ
πρίων οὐκ ἦν ἀμητὸς (5), καὶ παρὰ ἀνδρὸς
ἥκιστα εὐμαροῦς, ὅς ἐπιστέλλων πρὸς τὴν

---

(1) Reapse tertia Themistii Oratio scripta fuit legationis causa ad Constantium.

(2) Themistium præfuisse senatui C̄politano constabat hactenus ex Orat. XXXI. Iam apparet præfuisse etiam annonæ et censui. Porro ut bene intelligamus vocabulum ὁμογενῶν videtur respiciendum ad Suidam voc. ὁμόγνια et γεννῆται. Nam γένη vocabantur subdivisiones curiarum in græcis urbibus.

(3) Statuam æream a Constantio imp. donari meruit Themistius ob Panegyricum ei dictum. Vide Orat. IV p. 54. B. Sed et altera item ærea statua honoratum constat ex Oratt. XVII. p. 214. B. XXXI. 353. B. Confer et Or. XI. p. 146. B. In hac autem, quæ nunc editur, Oratione dixit Themistius se a duobus Impp. duas illas statuas consecutum. Quoniam igitur priorem a Constantio retulit, superest quærendum quisnam imperator alteram ei decreverit. Iam et carmen uni ex his statuis fuisse additum testis est Libanius Epist. 64. Edit. Amstel. an. 1738.

XIII. Ex eo tempore hanc dignitatem cœpi veluti exercere, quo me legatum ad illustrem Romam destinavistis, et ad Constantini filium misistis. Ex eo item tempore curam populi in me recepi, quo publicum frumentum advexi. Ex eo denique tempore senatûs commodis et regimini consulere exorsus sum, quo congenerûm album a trecentis ad bis mille explevi. Quamobrem et duas æreas merui a duobus Imperatoribus statuas, et honores rescriptorum eximios, invitationes autem ad hanc dignitatem non semel neque iterum sed sæpenumero. Adde vero his omnibus, qualecumque id demum est, mihi hæc contigisse neque flagitanti, neque ob aliud meritum, quam eruditionis: et quidem cum serra non erat messis, et ab homine minime indulgente, qui ad Senatum scribens id ipsum

(4) Intellige primum duas Constantii imp. Epistolas ad Senatum, alteram prolixam in Ed. Themistii (p. 18 et seqq.) alteram breviorem in Cod Th. Lib. 6. Tit. 4. Leg. 12. qua in utraque Themistius ad obtinendos honores amplissime commendatur. Sed et Iuliani extat longissima ad Themistium Epistola qua nimirum Themistiano cuidam scripto respondetur, quod indidem constat, huic quam nunc edimus Orationi multo fuisse simillimum. Themistius scriptum aliud de se Iuliani memorat Or. XXXI. p. 354. D. Codicillis denique se a quodam Imperatore donatum confirmat Themistius Or. nuper citata p. 353. A.

(5) Locus mihi certe obscurus: nisi forte est adagium, quod pro suo quisque ingenio lectores intelligant. Ceterum πρίων ab Hesychio explicatur etiam ἀγοράζων, ex quo rursus, siquis potest, commodiorem sensum procudat.

γερουσίαν, αὐτο τοῦτο διαρρήδην ὁμολογεῖ, μέρος μέν τι συμπεῖσαι μόλις, τὸ σύμπαν δὲ μὴ παιδευθῆναι. Καὶ ὅτι μηδὲν προσείληφα τοσοῦτον, ὅσον προστέθεικα. σεμνότερον ἀποφήνας τοὔνομα τῆς ἀρχῆς τῇ κοινωνίᾳ.

XIV. Καὶ εἰ μέν τις ἔροιτο τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τότε μὲν ἀπώκνησα (1), νῦν δὲ οὐκ ἔτι, ἐρῶ μηδὲν ὑποστειλάμενος μή τε ἐνδοιάσας.

---

(1) Themistium præfectum fuisse urbi Cpolitanæ, Theodosio imperante, patet inviete ex hac Oratione, tum etiam ex XVII.ª et loco etiam XVIII.ª p. 224. A. Sed quoniam nonnulli Veteres Themistium sub Iuliano, immo etiam sub Valentiniano et Valente impp. præfecturam gessisse innuerunt; hinc Petavius in notis ad Or. XVIII. p. 488. sæpius eo magistratu insignitum Themistium suspicatus est; Harduinus autem in Indice chronologico diserte statuit ter eum fuisse Urbi Cpolitanæ præfectum, nempe anno CCCLXII sub Iuliano, iterum anno CCCLXVIII. sub Valentiniano et Valente, denique anno CCCLXXXIV. sub Theodosio. Et præfecturam quidem saltem sub Iuliano administratam esse a Themistio recentiores passim scriptores sibi persuaserunt, quos inter pæne novissimus cl. Wernsdorfius ad Himerii Orationem VII. cap. 15. et 16. rem sibi confecisse visus est. Ea porro opinio manavit ab inscriptione græci epigrammatis (quod nos in calce Orationis exhibebimus) qualem dedit eam Aldus in editione Themistii, Θεμιστίου στίχοι εἰς ἑαυτὸν ὅτε ὕπαρχον αὐτὸν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Ιουλιανὸς Ad quam inscriptionem vel respexit Suidas cum idem in Lexico adfirmavit, vel viceversa ad Suidam auctor inscriptionis. Sed enim eius inscriptionis et Suidæ auctoritas satis infirmatur a contrario eius epigrammatis titulo, uti est in Planudea Lib. 2. cap. 52. ep. 7. quicum congruunt codices duo Anthologiæ Ambrosiani part. sup. A 114. et 161. Παλλαδᾶ εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον γενόμενον ὕπαρχον Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ Οὐαλεντιανοῦ καὶ Οὐάλεντος. Cui titulo innititur etiam opinio de Themistii præfectura sub Valentiniano et Valente impp. Mihi iam ferme exploratum est, Themistium numquam, nisi sub Theodosio,

diserte fassus est, mihi videlicet ut partem aliquam dignitatis admitterem, ægre persuasisse; ut totam vero subirem, prorsus animum non flexisse: præterea me numquam tantum accepisse, quantum adiecerim, quo pacto huius magistratus nomen augustius reddidi, cum me eligi passus sum.

XIV. Quod siquis me roget, cur tunc quidem abnuerim, nunc vero non item, dicam hercle nihil reticens aut ambigens.

---

in præfecturæ dignitate fuisse constitutum. Nam 1.° hoc Orationis loco, in quo de Iuliano plane sermo esse videtur, ait Themistius se quidem olim ad id munus sæpe invitatum, verum tunc recusasse quod nunc recepit. 2.° Tota hac Oratione et praeterea XVII.ª quam Themistius de sua sub Theodosio præfectura conscripsit, unam dumtaxat commemorat præfecturam, quum tamen et alias nominandi, si eas gessisset, plurima esset occasio. 3.° Immo Themistius in Orationis XVII.ª exordio prorsus negare videtur, se ante Theodosii imperium fuisse præfectum. Ait enim ab hoc Principe philosophiam tandem aliquando ad reip. administrationem esse revocatam; seque a prioribus impp. ob eloquentiam tantummodo honoratum, ad actuosa vero munera invitatum sæpe quidem sed incassum; itaque unice legationibus obeundis operam dedisse. Quo ex loco iure olim conclusit Tillemontius (Hist. des Emp. Paris. 1720. T. 5. p. 770.) Themistium nonnisi sub Theodosio præfectura functum esse. 4.° Denique Iulianus post imperium initum (quod brevissimo tempore tenuit) in Epistola sua ad Themistium (edit. Iuliani Petaviana Lips. 1696. T. 1. p. 266.) negat diserte Themistium eo tempore ulli urbi præesse. Itaque et Suidas et qui epigrammati titulum inscripsit (aut horum alteruter) visis fortasse litteris aliquibus Iuliani aut etiam Valentis quæ Themistio eam dignitatem offerebant, rem designatam pro conlata habuerunt. Porro ex hactenus dictis argumenta etiam Wernsdorfii licet per se ingeniosa et probabilia, satis everti videntur; præsertim quum vocabulum κυβερνήτην in loco Himerii hiante ipse Wernsdorfius suppleat, et quidem ex genere coniecturali plane incerto nec temere obtrudendo. Confer eius præfationem p. XXI-XXII.

Αἰδοῖος μὲν ἐμοὶ ἐκεῖνος ὁ Αὐτοκράτωρ (1) καὶ πάσης ἄξιος μνήμης εὐφήμου. Οὔτε γὰρ σμικρὸν οὔτε μέγα ἐλλέλοιπεν οὔτε τῶν ὕψου φιλοσοφίαν αἰρόντων, ἀλλὰ καὶ σύνεδρον πολλάκις ἐποιήσατο ἐν τῷ τριβωνίῳ καὶ συντράπεζον καὶ συνοδειπόρον· καὶ πρᾴως ἤνεγκε νουθετοῦντα καὶ καθαπτόμενον οὐκ ἐβαρύνθη· ὅς τἀμὰ ἴδια μόνον, ἀλλὰ καὶ στεγανὸς καὶ σταθερὸς, καὶ τοῦ καθέκαστον κοινῇ κεχαρισμένου τὸ συμφέρον προσεξετάζων. Πολλὰ δὲ οἱ καιροὶ τῶν ἀνθρωπίνων ποιοῦσιν ἑτέρως ἢ ὡς πέπρακται νομισθῆναι. Αλλὰ πρὸς τὸ γαληνὸν τοῦτο καὶ πρᾷον καὶ πρὸς τὴν ἐπικεχυμένην πειθὼ τίς οὕτως ἀδάμαντος στερεώτερος, ὥστε ἀντισχεῖν; καὶ μὴ νομίσαι φιλοσοφίαν αὐτὴν
XVIII. 224. B. προκαθημένην προτείνειν τὰς δέλτους; Παρ' αὐτῆς ἐδεξάμην τῆς χειρὸς τὰς πινακίδας, παρ' ἧς οὐ κεκύρωται ἡ μέλαινα ψῆφος (2) παρ' ἧς ὁσημέραι ἐκφοιτῶσιν ἀγαθῶν πηγαὶ, κακῶν ἐπισχέσεις.

---

(1) Iulianum intelligendum puto, cuius eximium philosophandi studium testatur Mamertinus in eius Paneg cap. 23. et ipse Iulianus in Epist. ad Themistium. De Iuliani comitate vide item Mamertinum capp. 12. et 26 Emendari se, quum deviaret a fruge bona, permissise Iulianum ait Ammianus Marcellinus XXV. 4. qui tamen ibidem, nedum taciturnum aut arcanum, dicit eum linguæ fusioris et

Venerandus mihi quidem ille est Imperator semperque perhonorifica memoria colendus. Neque enim eorum cuiquam inferior fuit, qui philosophiam magnopere extulerunt, sed et in consessum me assumpsit cum pallio, et convivam et itineris comitem esse voluit, et moderate tulit monentem, et erga reprehendentem haud gravate se habuit. Et quidem mihi uni tantum detulit, ut, taciturnus alioqui et propositi tenax, tamen in singulis pæne rebus quid reipublicæ commodum foret sciscitaretur. Multa vero et rerum humanarum vices aliter efficiunt, atque videbatur existimandum. Sane adversus hanc comitatem et humanitatem atque effusam suadendi vim, quis adeo adamante durior esset, qui obsisteret, neque arbitraretur ab ipsa philosophia coram sedente sibi muneris diplomata exhiberi? Ab ea igitur manu rescriptum accepi, quæ numquam nigrum calculum præbet, a qua quotidie bonorum fontes manant et malorum cohibitiones.

---

admodum raro silentis. Porro Themistius se imperatoribus assedisse memorat etiam Or. XVII. p. 214. B. XXXI. 353. A. Convivam eumdem adhibitum imperatoriæ mensæ ait Libanius Epist. 64.

(2) Themistius Or XV. p. 190. B. ait a Theodosio tertium iam annum imperante nondum prolatam capitalem sententiam. Idem adfirmare videtur Themistius in hac Oratione quam certe non ante sextum Theodosii imperantis annum conscripsit.

VI. 72. D. VII. 94. A VIII. 105. A. 110. C. XVIII. 219. A. XV. Καλῶς Πλάτων οὐκ ἐκοινώνει Διονυσίῳ (1)· κατεδουλοῦτο γὰρ Σικελίαν. Καλῶς ἔφευγε Πεισίστρατον Σόλων (2)· ἀφῃρεῖτο γὰρ τὴν ἐλευθερίαν τῶν πολιτῶν. Καλῶς Νέρωνα ἀπετρέπετο Μουσώνιος κιθαρῳδοῦντα (3). Καλῶς Δομετιανὸν ἐξέκλινε Δημήτριος μελαγχολοῦντα (4). Εγὼ δὲ τίνα ἂν ἔσχον ἀπολογίαν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας, εἰ μὴ ὑπήκουσα; Οτι χαλεπὸς ἦν ὁ καλῶν; ἀλλ' ὅτι αὐθάδης; ἀλλ' ὅτι δυσμεταχείριστος λόγῳ; ἀλλ' ὅτι δυσήνιος νουθεσίαις; ἀλλ' ὅτι ἐξωθῶν παρρησίαν; Η ταῦτα μὲν οὐχὶ· ὅτι δὲ κακοήθης; ὅτι βάσκανος; ὅτι χρηματιστής; Αλλὰ τί πρὸς θεῶν;

XVII. 214. C-D. XVI. Πῶς δ' ἂν ἔτι τῆς ἀχρηστίας τῶν φιλοσόφων ἐκελεύομεν αἰτιᾶσθαι τοὺς μὴ χρωμένους, εἰ καλούμενος εἰς προστασίαν τῆς θρεψαμένης με πόλεως (5) ὑπὸ ἀνδρὸς θεῖον ἔρωτα ἐρασθέντος φιλοσοφίας, μὴ συνεξώρμησα; Εγώ σοι Πλάτωνα παρέξομαι μαρτυροῦντα, ὅτι τοῖς ἐκείνου νόμοις ἀκολουθῶν εἶξα τῷ Βασιλεῖ. Ον γὰρ ἐν τοῖς συγγράμμασι αἰτεῖ βασιλέα παρὰ τῶν θεῶν τοῖς ἀνθρώποις

---

(1) Platonis iurgium cum Dionysio seniore videsis apud Laertium Lib. III. Segm. 18.

(2) Quam praeclare Solon Pisistrati tyrannidi adversatus sit narrat Laertius Lib I. Segm. 49. et seqq

(3) De Musonio philosopho stoico Tacitus Hist. III. 81. Hunc a Nerone relegatum in insulam narrat Philostratus in *Vita Apollonii* VII. 16.

XV. Recte Platoni non conveniebat cum Dionysio, qui Siciliam opprimebat. Recte Solon abhorrebat a Pisistrato, qui cives libertate spoliabat. Recte Neronem citharœdum aversabatur Musonius. Recte Domitianum furiosum vitabat Demetrius. Ast ego qua defensione adversus vituperantes uterer, nisi paruissem? An quod asper esset is qui invitabat? quod ferox, quod impervius sermoni, quod monitis immotus, quod libertatem dicendi non ferens? Quod si minus hæc, certe quod maligno ingenio, quod invidus, quod avarus? Sed quod horum vitiorum per Deos in illo est?

XVI. Iam quomodo inutilitatis insimulandos censerem eos philosophos, qui rempublicam non attingunt, si vocatus ad regimen urbis nutricis meæ a viro qui miris amoribus philosophiam prosequitur, non adcurrissem? Ego tibi Platonem testem sistam, quod eius legibus obtemperans morigerum Imperatori memet exhibui. Quem enim ille in suis scriptis postulat a Diis regem generi hominum,

(4) Hic videtur Demetrius ille cynicus a Vespasiano in insulas relegatus, teste Svetonio *Vesp.* 13.

(5) Etiam in Orat. XVII. p. 214. C. ait Themistius se educatum Cpoli.

νέον, εὐμαθῆ, μεγαλοπρεπῆ, μεγαλόφρονα (1)· καὶ εἰ μὴ τοὔνομα λέγει, τοῦτον φησὶ, καὶ τοῦτον εὔχεται ἐπιφανῆναι· οὐ γὰρ ἄλλου οἰκειότερα τὰ γνωρίσματα. Εἶτα ὃν μὲν εὔχεται οὗτος ἐστὶ, τυχὼν δὲ τῆς εὐχῆς οὐκ ἂν ἥρπασε τὴν κοινωνίαν; Καὶ πῶς οὐκ ἀλλότριον Πλάτωνος, ὃν λίαν ζητεῖ, φανέντα μὴ χρῆσθαι; Επὶ τίνος ἂν μᾶλλον τοὺς νόμους οὓς ἔγραψεν ἐβεβαιώσατο; Επὶ τίνος ἂν ἐκφανέστερον ἄριστα
III. 48. B. XVI. 208. A. ἔδειξεν εἰρημένον τὸ, πειθοῖ μᾶλλον ἢ φόβῳ χρηστέον ἐπὶ τῆς μεγίστης ἀρχῆς; καὶ τὸν σίδηρον ὡς ἥκιστα παραληπτέον; Ταῦτα μέν τοι ὁρῶμεν ὁσημέραι καὶ ἀκούομεν. Οὐκ οἰμωγὴ ἐξελήλαται τῶν ἀρχείων; οἱ δήμιοι δὲ, ὄνομα φροῦδον. Τὸ δὲ ἐπιδεικνῦναι καὶ φαίνειν καὶ προσαγγέλλειν, οὐ συνετὰ ῥήματα ἤδη.

XVII. Δέδοικε δὲ οὐδεὶς οὐ παλαμναῖον λογιστὴν, οὐκ ἀλιτήριον ἐκλογέα, οὐ τοὺς καταράτους πευθῆνας, οὐ τοὺς κακῶς βλέποντας ὀφθαλμούς. Διαθρυλλεῖ τε ἡμῶν τὰ ὦτα, ὁδὶ μὲν ἐπανῆκεν ἐκ τῆς φυγῆς, τόνδε τοῦ νόμου θανατοῦντος ἐξήρπασεν, ὁδὶ δὲ ἐκομί-
XV. 190. B. 192. D. XIX. 227 D. σατο τὰς οἰκίας, τῷ δὲ τροφὴν ἐτήσιον

(1) Platonis locum, quem heic et Orat. XVII. p. 215. B. Themistius ad Theodosium trahit, idem pari laudandi studio ductus recitaverat

iuvenem scilicet, docilem, splendidum, excelsa mente præditum, hic, si nomen tantum adiungeret, Theodosius est quem ille optat exoriri: neque enim alius potiora indicia præfert. Quod si quem ille exoptat hic est, voti compos factus nonne sibi eius consuetudinem protinus vindicaret? Quomodo enim non abhorret a Platone, quem vehementer quærit, eo invento non uti? Sub quo videlicet rege leges a se conditas vehementius firmaret? Sub quo rege evidentius ostenderet, optime se monuisse, in summo imperio non tam metum quam suasionem esse adhibendam, et gladium quam minime usurpandum? Atqui hæc quotidie et spectamus oculis et aure percipimus. Nam luctus abest a prætoriis, et carnifices nomen inane sunt: tum vocabula delatio et accusatio et indicium notione omni iam prope carent.

XVII. Nemo iam veretur cruentum quæstorem, vel sceleratum exactorem, vel execrandos exploratores, vel denique limos oculos. Rumor autem ad aures nostras sæpe eiusmodi accidit: hic ab exilio reversus est, ille suos lares recepit, alium Imperator legitima morte damnatum liberavit, alii annuum

olim de Constantio Orat III. p. 46. A. et IV. 62. A. nec non de Valente Orat. VIII. pag. 105. B.

ἐχορήγησε, τῷ δε συνέδωκε (1) θυγατέρας, τῷ δὲ ξυνέτισε χρέος ἀναγκαῖον. Καὶ παρὰ μὲν Πέρσαις καὶ τοῖς πάλαι προὔκειτο δωρεὰ τῷ καινὴν ἡδονὴν ἐξευρόντι· βασιλικὰ δὲ προτιθήσεται ἆθλα τῷ καινὴν εὐεργεσίας ἀφορμὴν παρασ-
XVI. 212. C. XIX. 227. D. χομένῳ. Τί δ' ἂν καινότερον χρυσοῦ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐκ τῶν ταμείων ἐπανιόντος πρὸς τὸν ἀδίκως εἰσπεπραγμένον (2); Τοῦτο γὰρ οὐκ ἤνεγκε τὸ ἄκουσμα ὁ πολὺς αἰών. Αλλ' ἦν ἂν ὑπόστροφος ἡ ζημία τοῖς ἠδικημένοις. Τὸ δὲ καὶ τοῖς χρήσασθαι δεηθεῖσι δοῦναι δωρεὰν, καὶ πλειονός γε δοῦναι δωρεὰν ἢ ὅσῳ χρῆσθαι ἤτησε, καὶ προσέτι γε ἀφανίσαι τὴν αἴτησιν, ὅπως ἂν αὐτογνώμων ἡ δωρεὰ νομισθῇ (3), τίνα Αλκιβιάδην οὐχ ὑπερβαίνει; τίνα Κίμωνα (4) οὐκ αποφαίνει σμικρύνειν (5);

XVIII. Αλλ' ἐγώ γε ὁρῶν τουτουσὶ τοὺς νεανίσκους καί τοι μὴ συγχωρούσης τῆς ὑποθέσεως τοῖς καθέκαστον ἐνδιατρίβειν, οὐχ οἷος τέ εἰμι σιγῇ παρελθεῖν. Παῖδες ὀρφανικοὶ, καὶ θυγατέρες οἰκίας εὐδόξου πατρῴας, καὶ ταύτην οὐκ ἔχουσιν οὐ δίκην διδόντες, ἁπάντων ἐστερημένοι τῶν ὄντων, καὶ πρὸς ἀλλοτρίας θύρας κεχηνότες διήντλησαν τοσούτους ἐνιαυτοὺς, ὥστε ἐν ταῖς συμφοραῖς ἀνδρωθῆναι. Επιφανέντος

(1) Ita Cod pro συνεξέδωκε.

(2) Cod. εἰσπεπραμένον.

(3) Hæc de Theodosio prædicat Themistius etiam Orat. XVI. 212. C–D. et XIX. 227. C–D. Adde et Rufinum Hist. Eccl. XI. 19.

victum suppeditavit, alii filias dotavit, alium ære alieno, quo premebatur, expedivit. Et apud Persas quidem aliosque veteres præmium erat propositum, siquis novam voluptatem excogitasset: nunc regia dona dabuntur ei, qui novam benefaciendi occasionem obtulerit. Quid enim magis novum quam ex fisco aurum redire eôdem unde venerat iniuste exactum? Id longo abhinc tempore inauditum erat. Sed enim iniuria iure meritoque revocanda est ab oppressis; esto. Agevero donare iis qui rei usum tantummodo poscunt, multoque amplius donare quam illi mutuum accipere postulaverant, et prætere a prævertere etiam preces, ut spontaneum donum videatur; quem, inquam, Alcibiadem hæc non superant? quem Cimonem non extenuant?

XVIII. Verum ego hos videns adolescentulos, quamvis propositum orationis meæ non sinat me singulis immorari, silentio præterire non possum. Pueri orbi et filiæ domûs illustris, patriis laribus immerito amissis, omnium expertes bonorum, et alienis ianuis inhiantes tot annos exegerunt, ut in calamitatibus ad virilem pæne ætatem devenerint. Apparente autem eis

(4) Cod. σίκωνα. Alcibiadis liberalitatem memorat etiam Nepos in eius *Vita* capp 1. et 3. Cimonis item in eius *Vita* cap. 4.

(5) Cod. σμικρίνην.

II. 38. D. δὲ αὐτοῖς τοῦ Βασιλέως ὥσπερ ἐκ μηχανῆς,
ἅπαντα τὰ δεινὰ ἀφανῆ. Οὐκέτι μὲν ἀπά-
XV. 194. C. τορες, οὐκέτι δὲ ἐνδεεῖς, οὐκέτι δὲ ἰδιῶται.
Καὶ ἆρα τούτους εἴασεν εὐπαθεῖν τὰ πατρῷα
κομισαμένους, ὧν δέ ἀφελόμενος ἀπέδωκε,
τούτους συνεχώρησεν ἀνιᾶσθαι; Οὐδαμῶς· ἀλλ'
ἐπρίατο τὴν φιλανθρωπίαν, ἀπηρίθμησε χρυ-
σίον τῆς εὐσεβείας· ὠνήσατο παρὰ τῶν ἐχόντων
ὡς ἰδιώτης, ἐδωρήσατο τοῖς ἀπολωλεκόσιν ὡς
βασιλεύς. Καὶ νῦν ἀμφότεροι πλουτοῦσιν ἀμώ-
μητον πλοῦτον, οἱ μὲν κομισάμενοι τὰ ἑαυ-
τῶν, οἱ δὲ ἀνθ' ὧν εἶχον κτήματα ἀδίκως,
δικαίως χρυσὸν πολὺν κεκτημένοι.

XIX. Οἶδα ἐγὼ πολλοὺς Βασιλεῖ (1) καὶ
ἀχαρίστους φανέντας ὑπὲρ ὧν ἔτυχον ἀγαθῶν
τὴν εὔνοιαν μὴ ἐπανιόντας. Καί τοι γε ἀλ-
γεινότατον τῷ πεποιηκότι καλῶς ἡ παρὰ τοῦ
πεπονθότος ἀγνωμοσύνη. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ὑπὸ
τοιούτου πλημμελήματος ὁ πάντα ἄτρωτος
XV. 194. A. XIX. 228. D. οὗτος ἐτρώθη· ἀλλ' ἐπαντλεῖ ἐκ τοῦ αὐτοῦ
πίθου (2) καὶ τοῖς ἔθεσι (3) μὴ δυνάμενος. Ἀλλ'
VIII. 110. D. ὅπερ εἶπον λόγος με ἐκ λόγου παραλαμβάνων
ἐξάγει τῆς ὑποθέσεως. Οὐ γὰρ ἀπαριθμήσασθαι

---

(1) Cod. βασιλεῖς.

(2) In Iovis aedibus dolia duo collocat Homerus *Iliad.* ω. 527. quorum in altero bona in altero mala fata continentur. Id Homero aliisque poetis vitio vertit Plato *de Rep.* II. non procul a fine. Iamvero et Themistius Platoni in primis addictus negavit non semel prope Iovis

Imperatore tamquam ex theatrali machina, molestiæ omnes evanuerunt. Nulli pupilli, nulli egentes, nulli viles. Numquid vero hos voluit esse felices patriis bonis receptis, a quibus autem idcirco abstulerat ut dominis redderet, eos angi sivit? Nequaquam: sed emit ipsam occasionem benefaciendi, pietatisque causa exercendæ argentum numeravit: emit ab habentibus tamquam si esset privatus, donavit iis qui amiserant uti rex. Et nunc iustis divitiis utrique fruuntur, alii suis obtentis, alii, pro re inique possessa, multa vi auri locupletati.

XIX. Novi ego plures erga Imperatorem ingratos fuisse, neque pro acceptis beneficiis benevolentiam retulisse. Quamvis autem molestissimus accidat benefacienti ingratus animus eius qui accepit, attamen ne ab isto quidem crimine hic invulnerabilis sauciatus est: haurit enim ex eodem pietatis fonte etiam ille quem sui mores merito arcerent. Sed enim, quod superius dixi, sermo alius ex alio me extra propositum rapit. Neque enim

---

sui Theodosii thronum duo illa dolia inveniri, unumque tantummodo esse adfirmavit beneficiis et felicitate plenum. Vide Oratt XV. p. 194. A. XIX. 228. D. Ad eam igitur sententiam et huius Orationis locus referendus est.

(3) Cod. ἔτεσι.

βουλόμενος τοὺς ἐπαίνους τοὺς Αὐτοκράτορος εἰσελήλυθα, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ δείξων ἐμαυτὸν εὖ βεβουλευμένον, ὅτι τοιούτῳ Βασιλεῖ κοινωνῶν τοιαύτης ἀρχῆς οὐ κατήγαγον φιλοσοφίαν ἀλλ' ἐπῆρα.

XX. Ὡς ἔγωγε τὴν μὲν Σωκράτους πρυτανείαν ἐῶ, ὅτι κλῆρος αὐτὴν ἐδίδου καὶ οὐ ψῆφος ἐξητασμένη. Πρὸς δὲ τὸν Ἀρριανὸν καὶ τὸν Ρουστικὸν θαρσῶν ἂν διαγωνισαίμην τῆς χειροτονίας ἕνεκεν ἀρετῆς. Οταν γὰρ ἴδω τοσοῦτον τὴν Βασιλέως πραότητα δυνηθεῖσαν, ὅσον οὐκ ἐδυνήθη τὰ ὅπλα σύμπαντα τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς· καὶ Σκύθας (1) τουτουσὶ τοῖς μὲν δύο στρατοπέδοις οὐκ εἴξαντας προσκαθημένων τῷ τε ἑῴῳ καὶ τῷ ἑσπερίῳ, οὐδὲ τοῖς ἐκ Τίγρητος ὁμοῦ καὶ Αρραβίδος συνδραμοῦσιν, ὑποκύπτειν δὲ μόνῃ φιλανθρωπίᾳ βεβουλευμένους·

XXI. Επαινῶ τὸν Εὐριπίδην τὴν ἀγαθὴν
I. 2. B. II. 37. A. XV. 191. A. XVI. 212. D. βουλὴν τῶν πολλῶν χειρῶν προτιμῶντα (2)· μακαρίζω δὲ τοὺς αὐτοκράτορας, οἷς τοιουτοτρόπως ἐπιγραφήσεται, οὗ μηδεὶς ἐκοινώνησε στρατιώτης (3). Φιλοτιμοῦμαι δὲ πρὸς τὸν

(1) Nempe *Gothos* quos *Scytharum* nomine semper denotat Themistius.

(2) Locum poetæ recitat ipse Themistius Orat. XVI. p. 207. D. Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ.

(3) Hanc quoque sententiam petit Themistius ex Euripidis *Andromacha* v. 694. et seqq.

veni huc laudes Imperatoris enumeraturus, sed potius ostensurus recte me deliberavisse, qui cum hanc præfecturam sub tanto Principe admisi, philosophiam non depressi sed extuli.

XX. Quare iam omitto quod Socrates prytanin egerit, quia sors eum creavit, non deliberatum suffragium. Cum Arriano autem et Rustico ausim contendere de gloria electionis virtutis ergo. Porro autem cum video, mansuetudinem Principis id potuisse, quod arma universa romani imperii frustra molita sunt, et hos Scythas duobus quidem exercitibus non cedere Imperatorum Orientis et Occidentis, neque concurrentibus simul a Tigri et Arabia, sed uni malle humanitati obtemperare;

XXI. Laudo Euripidem, qui bonum consilium multis manibus præfert: beatos existimo imperatores, quibus huiusmodi inscriptio poni potest: Hic gloriæ suæ neminem socium habet militem. Ambitiose denique certo cum

---

Οταν τροπαῖα πολεμίων στήσῃ στρατὸς,
Οὐ τῶν πονούντων τοὖργον ἡγοῦνται τόδε,
Αλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται.

*Quum exercitus statuit trophæa de hostibus,*
*Non creditur hoc opus esse laborantium* militum
*Sed imperator* victoriæ *gloriam refert.*

πάρδαλιν ἐγκαθείρξας ἐν δικτύοις, μὴ κατασφάξειεν, ἀλλὰ φορτηγεῖν ἐθίσειε. Καὶ νῦν
VII. 87. A. προσίασιν οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ τοῦ Αννίβου (1) χαλεπώτεροι Ρωμαίοις, ἥμεροι καὶ χειροήθεις
XVI. 210. C. αὐτοῖς ὅπλοις ἐπιτρέποντες ἑαυτοὺς, εἴ τε γεωργοῖς αὐτοῖς ἐθέλει χρῆσθαι Βασιλεὺς ἢ στρατιώταις (2). Καὶ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀδικημάτων ἡ σύνεσις αὐτοὺς οὐ δεδίττεται οὐδὲ απιστίαν ἐμποιεῖ τοῦ φειδοῦς τεύξασθαι καὶ φιλανθρωπίας ὑπὸ τῶν τὰ ἔσχατα ἠδικημένων. Αλλ' ἡ Βασιλέως πραότης ἐχεγγυωτέρα αὐτοῖς πρὸς ἀσφάλειαν ὧν ἑαυτοῖς συνεγνώκασιν.

XIII. 176. D. 177. A. XXIII. Οὕτω φασὶ καὶ τοὺς γίγαντας οἱ ποιηταὶ τῷ μὲν Αρει καὶ τῇ Ενυοῖ καὶ τῷ κεραυνῷ τοῦ Διὸς καὶ τοῖς Θεοῖς ἀνταίρειν μέχρι πολλοῦ καὶ ἀντέχειν. Φανέντων δὲ τοῦ Απόλλωνος καὶ τοῦ Ερμοῦ νέων Θεῶν καὶ καλῶν καὶ ἐρασμίων, τοῦ τόξου μὲν τῶν βελῶν(3) μὴ δεηθῆναι, θελχθῆναι δὲ ὑπὸ τῆς ῥάβδου καὶ τῆς κιθάρας(4). Τοιαῦται γὰρ αἱ νῖκαι τῆς εὐσεβείας, οὐκ ἀνελεῖν, ἀλλὰ βελτίω ποιῆσαι τὸν ἠρτημένον.

---

(1) Cod. κνίβω.

(2) Ita et Pacatus in Paneg. Theodosii cap. 22. *Dicamne ego receptos ad servitium Gothos, castris tuis militem, terris sufficere cultorem?*

(3) Ita Cod. nisi mavis emendare καὶ τῶν βελῶν.

leonem aut pardalim captos retibus non occideret, sed ferre onera consuefaceret. Itaque nunc accedunt illi ignem spirantes, illi adversus romanum nomen asperiores Hannibale, mites et cicures cum ipsis armis semet tradentes, sive agricolis ipsis velit uti Imperator sive militibus. Tot vero tantarumque iniuriarum conscientia eos non terret, neque spe deiicit veniæ clementiæque impetrandæ ab iis, quibus summam perniciem moliti sunt. Quippe Principis pietas multo securius apud ipsos impunitatem criminum spondet, quorum sibi conscii sunt.

XXIII. Sic poetæ aiunt gigantes alium Marti alium Bellonæ et Iovis fulmini restitisse diu atque certasse. Verum apparentibus Apolline et Mercurio iuvenibus Diis et pulchris et amabilibus, non opus fuisse adversus gigantes sagittifero arcu, sed virga et cithara esse delinitos. Hæ nimirum victoriæ pietatis sunt, si de medio non tollas sed meliorem efficias eum qui victus est.

(4) Pugna gigantum cum Numinibus ærea imagine expressa visebatur e regione curiæ Cpolitanæ, teste Themistio Orat. XIII. p. 176. D. Iamvero de amore quem Iupiter uni e gigantibus immisit legendus Apollodorus *Biblioth*. I, 6.

XXIV. Δεῦρ' ἴτε ὦ Θρᾶκες, ὦ Μακεδόνες
XVI. 210-211. ἐμπλήσθητε ἀπίστου θαύματος· Σκύθας ὁμωρ-
ροφίους ἡμῶν καὶ ὁμοσπόνδους καὶ συνεορτά-
ζοντας τὰ καθ' ἑαυτῶν ἐπινίκια(1). Οὐκ ᾔδεσαν,
ὡς ἔοικεν, οἵῳ ἵλεῳ (2) περιπεσόντες ταῖς ἄρ-
κυσιν ἐνσχεθήσονται. Αλλὰ τὰ ἄμαχα παρὰ
XIV. 181. B. XVI. 206. D. Ρωμαίων τὸν Αἷμον (3) ὑπελάμβανον καὶ τὸν
Εβρον (4) καὶ τὰς Θετταλικὰς δυσχωρίας, ἃς δι-
κάζονται· αὐτοὶ δὲ (5) οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ τοῖς
θείοις ἐρύμασιν ἐνεσχέθησαν, εὐσεβείᾳ δικαιοσύ-
νῃ πραοτήτι φιλανθρωπίᾳ. Εξιτε οὖν ἤδη θαρ-
σοῦντες ἐκ τῶν τειχισμάτων· ὥρα ὑμῖν (6) τὰς
ἐπάλξεις ἀπολιποῦσι βοῶν καὶ ἀρότρων ἐπιμε-
XVI. 211. B. λεῖσθαι, καὶ δρεπάνας θίγειν ἀντὶ ξιφῶν καὶ
XI. 150. C. XVI. 212. B. ἀκοντίων. Ανέῳκται δὲ ἤδη καὶ τοῖς ὁδοιπο-
ροῦσιν ἡ γῆ, καὶ πλεῖν οὐκ ἀνάγκη τὴν θά-
λασσαν τοῦ βαδίζειν οὔσης ἀδείας. Σταθμοὶ
δὲ ἐγείρονται καὶ ἱπποστάσια καὶ ἐπαύλεις,
καὶ τῇ πάλαι καταπυκνοῦνται ῥᾳστώνῃ. Με-
VIII. 111. A. ταπέπτωκε δὲ εἰς αἰθρίαν ἐξαίφνης τοσαύτη

---

(1) Intellige pacem, quam operâ Saturnini ducis cum Gothis iniit Theodosius anno Ch. CCCLXXXII. Ea sic memoratur in Marcellini Comitis Chronico: *Antonio et Syagrio Coss. Hoc anno universa gens Gothorum, Athanarico rege suo defuncto, romano sese imperio dedit.* Quare anno sequenti in suis quinquennalibus Theodosius Saturninum consulem renunciavit: cuius consulatus laetitiam Themistius Oratione (XVI.) celebravit, quam qui leget, accuratam huius pacis descriptionem non desiderabit.

XXIV. Agite nunc, o Thraces o Macedones, incredibilem haurite animo admirationem: Scythas nobis esse contubernales et socios et nobiscum victorias de se partas celebrare. Nesciebant, ut quidem videtur, in quam clementiam incidentes retibus capiendi forent. Et ipsi quidem inexpugnabiles Romanis Hæmum et Hebrum et angustias Thessalicas, quas petebant, pervaserunt; deinceps vero sine gravi labore divinis quodammodo munitionibus pietate iustitia mansuetudine humanitate irretiti sunt. Exite nunc alacres e castellis: iam decet, desertis turribus, boum et aratri curam gerere et pro gladiis et iaculis falces acuere. Patet nunc et viatoribus terra, neque opus est maritimo itinere uti, quum terrestria tuta sint. Stabula eriguntur et equorum stationes et diversoria et antiquo otio complentur. Versa est in sudum repente tam nimbosa procella

---

(2) Codex habet λεῶ. Sed enim emendandum ἵλεω putavi, exemplum secutus H. Stephani et Petavii qui ad Themistii Orat. IV. p. 53. C. idem faciendum censuerunt: quo item in loco miratus sum duos etiam codices Ambrosianos æque esse corruptos: alter enim habet λεῶ, alter λεὼ.

(3) Cod. ἐμὸν.

(4) Cod. εὖρον.

(5) Videbatur addendum αὐτοὶ δὲ quod a Codice abest.

(6) Cod. ἡμῖν.

χαλάζης νεφέλη καὶ τρικυμία χειμῶνος εἰς γαλήνην, οὕτως ἡσυχῇ οὕτως ἀψοφητὶ, ὥστε τὸ πρᾶγμα αἰνίγματι προσεοικέναι. Ων γὰρ πολεμοῦντες οὐκ ἐκράτησαμεν, τούτους ὅπλα καταθέμενοι παραστησάμεθα. Καὶ τέως μὲν ἠριθμοῦντο (1) πρὸς ὁπόσους παραταξόμεθα,
x. 139. c. νῦν δε ἀριθμοῦμεν ὁπόσων ἐσόμεθα κύριοι. Καὶ τότε μὲν ἐδυσχεραίνομεν εἰ πολλοὶ, νῦν δὲ ἀγανακτοῦμεν εἰ μὴ πολλοί.

XXV. Σκόπει τοίνυν ὅσῳ βασιλικώτερος Θεοδόσιος τοῖς λυπήσασι προσήνεκται, ἢ ὁ Πελοπίδης τὲ καὶ Ατρείδης καὶ εὐρυκρείων Αγαμέμνων ὁ παρ' Ομήρῳ. Εκεῖνος ἐπιτιμᾷ τὸν Αδελφὸν μαλαττόμενον πρὸς τὸν ἱκέτην (2), καὶ πικρὰν οὕτως εὐχὴν προσεύχεται καὶ βαρβαρικὴν, μηδένα τῶν Τρώων διαφυγεῖν, μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέρει, μηδὲ τοσοῦτον διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὔπω τεχθέντας ἀπολέσθαι πρὸ τοῦ γενέσθαι. Ημεῖς δὲ πρὸς τοὺς ἱκέτας παιδοτροφοῦμεν αὐτῶν τοὺς υἱοὺς, καὶ νυμφοτροφοῦμεν τὰς θυγατέρας, οὐχ ὡς Σκύθας μισοῦντες ἀλλ' ὡς ἀνθρώπους φειδοῦς ἀξιοῦντες. Εχει γὰρ οὕτως. Οστις μὲν ἄχρι παντὸς ἐπέξεισιν αὐθαδισαμένοις τοῖς βαρβάροις, οὗτος Ρωμαίων μόνον ἑαυτὸν βασιλέα ποιεῖ. Οστις δὲ κρατεῖ

(1) Ita cod. ἠριθμούντο.

et decumana hiems in tranquillitatem, idque adeo sensim et tacite ut res miraculo similis videatur. Quos enim pugnando non vincebamus, hos depositis armis subiecimus. Et hactenus quidem supputabatur contra quot in aciem prodiremus, nunc quot nobis parebunt: et olim moleste ferebamus quod multi essent, nunc dolemus nisi multi sint.

XXV. Considera igitur, regius animus Theodosii in hostes suos quantopere præcellat Pelopidi et Atridi et summo regi Agamemnoni quem canit Homerus. Ille Fratrem obiurgat, qui erga supplicem flectebatur: et acerbas adeo barbaricasque fundit preces, nequis Troianorum necem effugiat, nequis evadat, ne si adhuc quidem gestetur matris in utero; sed ante pereat quam in lucem effusus sit. Nos autem supplicum filios mares feminasque alimus, neque uti Scythas odimus, sed uti homines venia impertimur. Sic autem se res habet, ut qui contumaces barbaros constanter persequitur, is Romanorum tantummodo se regem probet. Qui autem patrata victoria

(a) Iliad. ζ. 54. et seqq.

μὲν, φείδεται δὲ, οἶδεν ἑαυτὸν βασιλέα πάντων
ἀνθρώπων. Καὶ τοῦτον ἄν τις ἐν δίκῃ προσείποι
X. 132. B-C. τὸν φιλάνθρωπον ἀληθῶς. Τῶν δὲ ἄλλων Κῦρον
μὲν φιλοπέρσην καλοῖ, ἀλλ' οὐ φιλάνθρωπον·
Ἀλέξανδρον δὲ φιλομακεδόνα, ἀλλ' οὐ φιλάν-
θρωπον· Ἀγησίλαον δὲ φιλέλληνα, τὸν δὲ Σε-
βαστὸν φιλορώμαιον, ἄλλον δὲ ἄλλου γένους
ἢ ἔθνους ἐραστὴν οὗ καὶ βασιλεὺς ἐνομίσθη.
I. 6. B. φιλάνθρωπος δὲ ἁπλῶς καὶ βασιλεὺς ἁπλῶς,
ὁ τοῦτο ζητῶν μόνον εἰ ἄνθρωπος ὁ χρήζων
ἐπιεικείας· καὶ μὴ εἰ (1) Σκύθης ἢ Μασαγέτης,
ἢ τὰ καὶ τὰ προηδίκησε. Τοῦτο γὰρ εἰ καὶ
8. A-B. δίκαιον, ἀλλ' οὐ (2) θεῖον καὶ ἀκόλουθον τῷ
μεγάλῳ ἡμῶν ὀνόματι τῆς θειοτήτος· ἀλλὰ
τῶν ἐρχομένων (3) χαμαὶ, οἷς καὶ ἐχθρόν τινα
εἶναι καὶ δυσμενῆ, οὐκ ἐπὶ ψόγον· καὶ τὸ
βλάψαι καὶ τὸ ἀντιβλάψαι καὶ τὸ παθεῖν
τι καὶ τὸ ἀντιποιῆσαι φέρει συγγνώμην
διὰ τὴν ἰσορροπίαν τῆς τύχης καὶ τῆς δυ-
νάμεως.

XXVI. Βασιλεῖ δὲ ᾧ τηλικαύτη πρὸς τοὺς
ἄλλους ἀνθρώπους ἡ ὑπεροχὴ, ὥστε μὴ δοκεῖν
ἀπάγουσαν ἔχειν τὴν κλῆσιν τῆς θειότητος,
9. D. οὔτε ἐχθρὸν ἀνθρώπων εἶναι θέμις οὔτε δυσ-
μενῆ· οὐ μᾶλλον γε ἢ ποιμένι προβάτων, ἢ

(1) Cod. καὶ εἰ μή.
(2) Abest a Codice οὐ.

parcit, is quidem omnium hominum se regem esse novit. Atque hic iure appellabitur vereque philanthropus. Alii vero dicentur, Cyrus, exempli gratia, philopersa, sed non philanthropus: Alexander philomacedo, non vero philanthropus: Agesilaus philogræcus, Augustus philoromanus: alius denique alius gentis aut nationis amator dicetur, in quam et regium dominatum exercuit. Sed enim diserte philanthropus, et diserte rex ille est qui hoc unum quærit, num sit homo qui clementia indiget: non vero utrum Scythes aut Massageta sit, aut hoc vel illud peccaverit. Id enim etsi iustum videtur, non est tamen cæleste neque dignum ea nobilitate qua utimur divinæ appellationis: quin est maxime proprium terrigenarum, quibus et esse hostem aliquem et infensum, non est vitio vertendum: itemque lædere et ulcisci, et pati et rependere propter æqualitatem conditionis et virium.

XXVI. Imperatori autem, cuius est tanta inter alios homines excellentia, ut non immerito divinis nominibus afficiendus videatur, neque quemquam hominum esse inimicum fas est neque iratum: non secus quam

---

(3) Ex Homero *Iliad.* ε. 442.

ἵππων ἱπποκόμῳ, ἢ βουκόλῳ βοῶν. Πολλῷ γὰρ
I. 10. C. εἶναι συγγενεστέραν τοῖς ἀρχομένοις ταύτην ἀπέφηνε τὴν ἀρχὴν Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου. Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος Σωκράτης ἀπεδέχετο καὶ πρὸς τὸν θρυλλούμενον λόγον ὑπὲρ ἀνδρὸς δικαίου καὶ δὴ καὶ δικαιοσύνης, ὅτι μὲν δεῖ τοὺς
VII. 95. A. φίλους εὐποιεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς βλάπτειν· τὸ μὲν ἥμισυ φυλάττων τοῦ λόγου, τὸ δὲ ἥμισυ διορθούμενος. Τὸ μὲν γὰρ φίλους εὐποιεῖν, συνωμολόγει· τοὺς δὲ ἐχθροὺς οὐ βλάπτειν ἀλλὰ φίλους ποιεῖν, τοῦτο δὲ ἐπανόρθου (1).

XXVII. Εἰ μὲν οὖν τινα τῶν τοὺς τρίβωνας ἠμφιεσμένων τούτου κατήκοον ἴσμεν, καὶ τοῦτον ἐπαινεσόμεθα καὶ ζηλώσομεν· ὡς αὐτῷ
XX. 239. C. XXIII. 285. C. 296. B-C XXVI. 326. C. γε οὐκ ἐξεγένετο Σωκράτει ἀπόνασθαι τῆς αὐτοῦ γνώμης· οὐδὲ ἐδυνήθη τὸν Μέλητα ἢ τὸν Ἄνυτον ἢ τὸν Λύκωνα προσαγαγέσθαι (2). Βασιλέα μέν τοι γε ἴσμεν καὶ ὁρῶμεν ὁσημέραι τοὺς μὲν φίλους εὐποιοῦντα καὶ ὅσαι ὧραι. τοὺς δὲ ἐχθροὺς ὁλόκληρα γένη καὶ ἔθνη μετασκευάσαντα εἰς εὔνοιαν ἐκ δυσμενείας. Ὃν

(1) Vide sis Platonem *de Rep.* I. ubi inducitur Socrates in hanc sententiam acutissime disputans. Rei meminit et Iuvenalis Sat. XIII. 183. et seqq.

*Quantulacumque adeo est occasio, sufficit irae.*
*Chrysippus non dicet idem nec mite Thaletis*
*Ingenium, dulcique Senex vicinus Hymetto,*
*Qui partem acceptae saeva inter vincla cicutae*
*Accusatori nollet dare.*

pastori ovem, aut equisoni equum, aut bubulco bovem. Arctioribus enim vinculis dominatum regium copulatum cum hominibus ostendit Sophronisci filius Socrates. Et hic idem Socrates in celebrato sermone de viro iusto et iustitia assentiebatur benefaciendum quidem amicis, inimicis autem nocendum: ita tamen, ut priorem orationis partem tueretur, posteriorem emendandam censeret. Namque amicos iuvandos, vehementer confirmabat; inimicos autem demerendos potius quam ulciscendos censebat.

XXVII. Si quem philosophum igitur eius sententiæ studiosum novimus, hunc sane laudare atque imitari par est: neque enim vel Socrati contigit doctrinæ suæ fructum aliquem cernere: neque idem potuit Meletem aut Anytum aut Lyconem sibi conciliare. Imperatorem autem nostrum scimus immo cernimus quotidie et singulis horis amicis benefacere; hostes autem, gentes integras et nationes, ex odio ad benevolentiam convertere. Quem

---

Porro et ipsum Themistium inimicissimos suos beneficiis iuvisse ait Libanius Epist. 60.

(a) Hi fuerunt tres Socratis accusatores. Porro non Μέλητα sed Μέλιτον scribunt alibi Themistius ipse, Laertius in Socratis vita, Plato et Xenophon in eiusdem in Socratis Apologiis.

οὖν καὶ Σωκράτης ἐπαινεῖ καὶ Πλάτων θαυμάζει, παρὰ τούτου τοῦ Βασιλέως ἐγὼ κληθεὶς επὶ τὰ κοινὰ μερίτης, καὶ προστατήσας θατέρου τῶν τῆς γῆς ὀφθαλμῶν (1) οὐκ ἐγενόμην, ὦ τᾶν, χθαμαλώτερος, οὐδὲ ἀποβέβληκα φιλοσοφίαν, ἀλλὰ προσείληφα ἐργασίαν.

XX. 239. D. 240. A. XXVIII. Ακούεις δὲ καὶ Ηρακλέα τὸν τοῦ Διὸς ὅτι μὴ τῷ γινώσκειν ἀκριβῶς τοὺς περαν- II. 33. A. τικοὺς λόγους καὶ τοὺς ἀπεράντους τοσοῦτος ἦν, ἀλλ' ὅτι ἐκώλυσε παρανομίαν, ὅτι μὴ συνεχώρησε τοῖς θηριώδεσι τῶν ἀνθρώπων χρῆσθαι τῇ φύσει (2). Κἀγὼ τοίνυν τὸν Ιόλεων (3) ἐμιμησάμην, καὶ γέγονα χρόνον τινὰ ὑπουργὸς τῷ Καλλινίκῳ (4), καὶ τῆς κοινῆς ἑστίας ἐπεμελήθην. Οὐ περιειργασμαι, οὐδὲ ἔλαττον προσήκει τούτῳ ἔχειν, ἢ ἡ τοῖς ἀβακίοις ἐγκαρ- VIII. 105. A. XIII. 175. C. XVII. 215. C. τερήσασα. Αλλὰ Πλάτων μὲν οὐκ ἀπῄει τρὶς διαπλέων ὑπὲρ Δίωνος τὸν Ιόνιον (5); οὐδὲ Αριστοτέλης ὑπὲρ Σταγείρων πεφροντικὼς (6); οὐδὲ Καρνεάδης, οὐδὲ Κριτόλαος πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Αττικῆς (7);

(1) Nempe Urbis Cpolitanæ, quæ altera Roma fuit.

(2) In eamdem plane sententiam loquitur de Hercule Dionysius Halicarnassensis *Antiq rom*. Lib. I. cap. 41.

(3) Iolaus fuit Herculis laborum socius.

(4) Hercules dictus est etiam *Callinicus*, teste Suida.

(5) Semel quidem ad Dionysium Seniorem navigavit Plato, bis ad Iuniorem. Vide Laertium III. 18. 20. 23.

(6) Stagirorum instaurationem petiit a Philippo rege Aristoteles:

itaque et Socrates laudat et Plato miratur, ab hoc ego inquam Imperatore cum ad publica munera vocatus parui, et alteri orbis terræ lumini præpositus sum, non profecto, o bone, abiecte egi; neque philosophiam dimisi, sed ad opus pertraxi.

XXVIII. Audis enim et Herculem Iovis filium, non quod accurate quæstiones noverit, quibus concluditur aliquid aut nihil concluditur, adeo claruisse, sed quia crimina cohibuit, neque sivit efferatos homines ingenio suo uti. Ego item Iolaum imitatus sum, fuique aliquandiu adiutor Callinico, et communis annonæ curam gessi. Non frustra in republica versatus sum: neque hoc vitæ genus deterius habendum est, quam philosophia quæ abacis constanter adhæreat. Nonne et Plato ter pro Dione Ionium mare decurrit? Nonne Aristoteles pro Stagiris sollicitus fuit? Nonne Carneades et Critolaus pro Attica legationem obiverunt?

---

qua impetrata leges etiam oppido scripsit. Vide Laertium V. 4.

(7) Celebris hæc legatio venit Romam anno U. C. 599. Missi autem sunt ab Atheniensibus tres illius ætatis nobilissimi philosophi Carneades Academicus, Critolaus Peripateticus, Diogenes Stoicus ut ab senatu romano multæ, quæ populo Atheniensi propter Oropi vastationem inflicta fuerat, remissionem impetrarent. V. Cic. *de Orat.* II. 37. *Lucull.* 45. tum Gell. VII. 14. Macrob. *Saturn.* I. 5.

XVII. 214. B. XXIII. 298. A. XXXI. 352. D. XXIX. Εγὼ δὲ ὡς ἔοικε χαμαὶ πάλιν ἐκυ-
λινδούμην ἀπὸ τοῦ διαύλου τῆς ἑσπέρας καὶ
τῆς ἑώας ὃν διέδραμον ἤδη τὴν ἀγαθὴν δόξαν
τῆς πόλεως συμπεριφέρων. Οὐδὲ τὴν ἔναγχος
ἀποδημίαν ἐγὼ τὴν εἰς τὴν ἀοίδιμον Ρώμην (1)
ἐξελοίμην ἂν τῶν πρεσβειῶν ἀριθμῶν (2). Επρέσ-
354. C. βευον καὶ τηνικαῦτα πρὸς τοὺς ὑμετέρους πα-
τέρας, ὁμόνοιαν ταῖς πόλεσι πρυτανεύων, καὶ
ἐντίμους αὐτοῖς ὑμᾶς καὶ αἰδοίους ποιῶν. Α
γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκεῖνοι πρὸς τοὺς Αὐτοκράτορας
ἐψηφίζοντο, κοινὴ τῆς πόλεως αὕτη σεμνότης.
XIII. 169. D. Καὶ εἰ μὴ φορτικὸς ὑμῖν ἔμελλον ἔσεσθαι τῷ
βαρυτάτῳ τῶν ἀκουσμάτων τοὺς ἐμαυτοῦ κα-
ταλέγων ἐπαίνους, ἀνέγνων ἂν ὑμῖν τῆς βουλῆς
ἐκείνης τὰς ἐκβοήσεις (3)· δι' ὧν καὶ τοῦτο
XXXI. 354. C. ἀπώνασθε ἂν μαθόντες ὁπόσῳ τῷ περιόν-
τι νικῶσι Ρωμαῖοι τῷ σεμνύνειν καὶ τιμᾷν
ἀρετήν.

XV. 189. C. XXX. Μὴ οὖν ἀπρὶξ ἔχου τοῦ ῥήματος·
μηδὲ ὅτι Πλάτων ἐν πολιτείᾳ τοὺς ἀπὸ τῆς
θείας θεωρίας ΚΑΤΑΒΑΙΝΟΝΤΑΣ εἰς τὴν
ἀνθρωπίνην ὑποκορίζεται τούτῳ τῷ ῥηματίῳ(4),
οἷον καὶ μικρὸν πολιτεύεσθαι. Αλλ' ἐννόει τε

(1) Innuitur heic iter Romam susceptum a Themistio paulo ante hanc dictam Orationem. A quo itinere Cpolim redux Orator, creatus est præfectus Urbis, principatum quoque senatûs simul gerens. Illud Themistii iter notavit etiam Harduinus ad Orat. XXXI.

(2) Decem legationibus se functum ait Themistius in Oratione XVII. p. 214. B. quam recitavit cum præfectus urbis creatus est.

XXIX. Ego autem, ut par erat, terrestri itinere quantum est spatii ab oriente ad occasum rursus decurri itemque inde regressus sum, quod alias præstiteram, vestræ urbis optimam famam circumferens. Neque sane nuperum iter ad inclytam Romam e numero legationum eximo. Legatus autem tunc etiam ad patres vestros profectus sum concordiam inter urbes conciliaturus, vobisque apud Romanos decus gloriamque comparaturus. Reapse quæ romanus senatus ad Imperatores decreta pro vobis misit, ea ad commune urbis decus redundant. Quod si gravis vobis non essem futurus molestissima recitatione laudum mearum, legerem utique vobis illius senatus adclamationes, ex quibus et hunc fructum perciperetis, cognoscendi scilicet, quantopere excellant Romani in extollendo honorandoque virtutem.

XXX. Ne igitur mordicus verbo inhæreas: neve quia Plato in Republica eos qui a divina contemplatione ad humana DESCENDUNT hac vocula vellicat, idcirco putes humile esse rempublicam administrare. Quin

---

(3) Laudum, quibus a Romanis cumulatus est, meminit Themistius etiam in Oratione XXXI. p. 354. C.

(4) Vide Platonem *de Rep.* VII. (edit. Ficini p. 694. et seqq.) ubi sæpe de divina theoria et humanis negotiis et philosophorum descensu.

XX. 236. A. ἄνω καὶ κάτω ὡς οὐχ ἁπλοῦν. Αλλ' Επίκουρος
μὲν μικρὸς, καὶ ὅστις ζηλωτὴς Επικούρου,
σαρκὸς ἡδονὴν τεθαυμακὼς (1). Πλάτων δὲ ἄνω
ἀεὶ, καὶ ὅστις ἕπεται Πλάτωνι, τὴν πρὸς Θεὸν
234. B. 240. C. ὁμοίωσιν μεταδιώκων. Ημεῖς δὲ ἐν μεταιχμίῳ
ἀγαπῶντες, εἰ ποτὲ μὲν ἄνω εἴημεν, ποτὲ δὲ
κάτω. Καὶ τὸ κάτω δὲ ἡμῶν οὐ παντάπασι
II. 32. D. XXXII. 363. D. κάτω ἐστὶν, ἀλλ' ἄνωθεν ἐξῆπται καὶ ἀπευθύνεται (2).

---

(1) Hoc quoque dicitur in Palladam, quem vitæ solutioris fuisse, satis indicant plura eiusdem turpicula epigrammata in Anthologia.

(2) Ut hunc locum probe intelligamus, respiciendum est ad alium Themistii locum Orat. II. p. 32. D. ubi is ait, catenâ illâ, quæ apud Homerum (*Iliad.* Θ. 19.) a terra ad cæli usque fastigium extenditur, significari philosophiam, quæ similitudo quædam cum Deo sit.

Præterea hic locus est adscribendi epigrammatis Palladæ poetæ in Themistium, quod præcipuam occasionem huic Orationi componendæ dedisse videtur.

Αντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος ἐς πόθον ἦλθες
Αντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον.
Ησθα ποτὲ κρείσσων· αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων·
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

Quod tetrastichon ita Petavius ad Orationem XVIII. interpretatus est:

*Fornice in ætherio residentem, argenteus ad se*
*Fornicis alterius proh pudor! orbis agit.*
*Qui melior fueras nunc peior factus, in imum*
*Ascende, in summum qui modo lapsus eras.*

Iamvero ex huius ineditæ Orationis clausula, tum etiam ex capp. I. IX. X. XII. XIX. XXVII. patet omnino Themistium Palladæ versiculis

quaqua versus id consideres, stultum non videbitur. Epicurus utique humilis, et quisquis Epicuri assecla corporis voluptates affectat. At Plato excelsus semper, et quisquis item Platonem sequitur, similitudini cum Deo studens. Nos autem medio contenti sumus, si nempe modo excelsi modo humiles incedamus. Sed enim humile nostrum non prorsus humi repit, sed superne dependet et regitur.

---

respondere: quod ideo noto, quia hoc epigramma Themistio potius ipsi quam Palladæ tribuerunt Muretus ad Epist. Senecæ 68, Bandinius codd. græc. T. 2. p. 575. ( qui et eo loco legit in primo versu ἐπερειμενος, et p. 366. legit in tertio versu κάτω pro ποτὲ ) Brunckius in sua Anthologia T. II. p. 404. III. 219. quibus tamen non adsentitur Iacobsius in sua repetita Anthologia T. X. p. 192. Certe præter argumentum quod ex hac nova Themistii Oratione eruitur, Anthologia etiam Planudea, consonantibus duobus eiusdem codd Ambrosianis, illud epigramma Palladæ adscribunt. Porro contrarius error fluxit a falsa inscriptione seu scholio quo tetrastichon ipsi Oratori tribuitur, adstipulantibus etiam Themistii codicibus Ambrosiano G. 69. part. sup. et Mediceo apud Bandinium Tom. 3. p. 409. De qua inscriptione recole dicta a nobis superius p. 44. n. 1. Quum igitur Palladæ hoc epigramma nos certo vindicaverimus, ætas quoque ipsius poetæ, de qua Vossius ( *Op. de Poetis græcis* ) plane ambigebat, iam liquido constat, quoniam is anno Ch. CCCLXXXIV. in Themistium scribebat. Hactenus autem incerte admodum Brunckius eam ex iambis in Hypatiam ( T. II. p. 430 III. 223 ) sibi collegisse visus erat. Illi quippe iambi anonymi sunt in Planudea, nec non in utroque sæpe a nobis laudato eiusdem Anthologiæ codice Ambrosiano.

# ΘΕΜΙΣΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

## ΘΕΩΡΙΑ

## ΕΠΙΤΑΦΙΟΥ ΕΠΙ ΤΩΙ ΠΑΤΡΙ (1)

Ο ΛΟΓΟΣ *ἡμῖν οὐ φιλοτιμίας καὶ ἐπιδείξεως, ἀλλὰ τῆς ὁσίας τῆς εἰς τὸν πατέρα στοχάζεται· ἣν μείζονα ἔσεσθαι καὶ σεμνοτέραν ὑπέλαβε παρ' ὑμῖν ἀκροαταῖς γινομένην.* Τοῦ*το γὰρ τὸ θέατρον καὶ μόνον ἄξιον ἡγεῖται ἀρετῆς.* Φι*λεῖ μὲν οὖν ὡς τὰ πολλὰ μὴ δέχεσθαι μῆκος ἡ τοιάδε ἐπαγόρευσις* (2). Η*μῖν δὲ καὶ ἄλλως ἀναγκαῖον ἐγένετο φείσασθαι τοῦ πλήθους.* Οὔ*τε γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς ἐνεδίδου, ταχυτέραν ἀπαιτῶν ἢ μακροτέραν τὴν εὐφημίαν.* Εω*λος γὰρ ἐπικήδειος ἅπας, μακρὰν ἀφιστάμενος τοῦ πάθους τῷ χρόνῳ.* Καὶ *πρὸς τὴν ἀναγραφὴν τοῦ βίου τὰ καθέκαστον ἀνεθέμεθα·* Τ*ῇ λέξει δὲ εἴ τι ἐλλείπειν εἰς παλαιότητα εὑρίσκοιτε, οὐ θαυμαστόν.* Χα*λεπὸν γὰρ ἐφικέσθαι τῆς ἐν συγγραφῇ ἀκριβείας, μὴ τοῦτο συνεχῶς ἐκμελετῶντας, ἀλλὰ πρὸς ἕτερα τὴν πλείω σπουδὴν ποιουμένους.* Καὶ *ἅμα οὐχ*

(1) Oratio XX Themistii est Epitaphium in ipsum Oratoris parentem. Codex vero Ambrosianus hanc ei præfatiunculam addit, quæ in editionibus desideratur. Scripta est autem ab ipso Themistio, ut cuique legenti facile patebit.

# THEMISTII PHILOSOPHI

## PROOEMIVM

## ORATIONIS FVNEBRIS IN PATREM

ORATIONIS nostræ scopus non est ostentatio et pompa, sed in parentem pietas, quæ quidem maior graviorque videbitur, quoniam vos auditores sortita est. Hoc enim theatrum uni virtuti contingere posse existimatur. Iamvero huiusmodi concio prolixitatem pati plerumque non solet. Nobis vero et alioqui necessarium est non esse verbosis. Neque enim vel hæc occasio aliter sinit, breviorem potius quam longiorem postulans laudationem. Stulta enim est ea funebris oratio, quæ dolorem pellere nititur temporis diuturnitate. Et in describenda quidem parentis vita singula persequemur; siquam tamen loquutionem a vetere stilo declinare sentietis, ne miremini. Difficile enim est accuratam vocabulorum nos servare rationem, qui huic rei non semper studuimus, sed in aliis plerumque curam collocavimus. Præterea philosopho

(a) In margine Codicis scribitur ὁ ἐπιτάφιος λόγος.

*οὕτω φροντιστέον τῷ φιλοσόφῳ καλλιεπεῖν, ἀλλ' ἐκεῖνο μάλιστα φυλακτέον ὑμῖν εἰ τὸ πρέπον ἁπανταχῇ διεσώσατο καὶ υἱεῖ καὶ φιλοσοφεῖν ἐπιχειροῦντι καὶ εἰς φιλόσοφον.*

---

## SVPPLEMENTA

### DVORVM LOCORVM THEMISTII

*Orationis* XXIX. de Sophistæ appellatione (*p.* 347. *B.*) *lacuna ope codicis Ambrosiani expletur sic*: *χαλεπαίνοι ἐπὶ τῷ λόγῳ, οὗ εἴσω κάμπτει, καὶ ὁλοκλήρου etc. Harduinus* ( *in Notis p.* 544. ) *legebat οὗ εἰσωκάπτει.*

*Orationis* XXXIII. de nominibus regis et consulis (*p.* 365. *A.*) *lacuna item ope eiusdem codicis expletur sic* : *ἐπειδὴ πολλὰς μὲν κέκτηται οἰκίας, πολλοὺς δὲ ἀγροὺς, πολλὰς δὲ ἀγέλας etc. Harduinus* ( *in Notis p.* 550. ) *lacunam supplebat ex Oratione* XXIV. (*p.* 307. *A.*) *sic* : *πολλοὺς μὲν ἀγροὺς, πολλὰς δὲ οἰκίας πεπαμμένος.*

non magnopere laborandum est ut ornate dicat; sed illud potius vobis observandum est, num ipse ubique personam apte sustineat et filii et philosophiæ studiosi et pro philosopho dicentis.

---

## ANIMADVERSIONES

### AD ORATIONEM NVPER EDITAM

*P. 28. E capitis VII. initio aliquot verba exciderunt. Locus nimirum sic legendus est:* Ἀλλ' οὐχ ὅ γε θεοειδέστατος Αὐτοκράτωρ· ἀλλ' ἑπόμενος ἐκείνοις τοῖς κλεινοῖς ἀνδράσιν οἰκουροῦσαν ἐν πολλῷ χρόνῳ φιλοσοφίαν κ. τ. λ. Non ita se gessit divinus Imperator: verum illorum illustrium virorum exempla secutus latitantem iamdiu philosophiam *etc.*

P. 46. *et ibidem n.* 1. *Siquis toto capite XIV. censeat Themistium de Theodosio loqui, non magnopere repugnabo.*

*P. 52. v. 12. Codex quidem habet* ᾔτησε, *sed videtur addendum* τὶς, *aut scribendum* ᾔτησαν.

/2.